



**Tragoedia alia nova mercator sev iudicium, : in qua in  
conspectu[m] ponuntur Apostolica & Papistica doctrina,  
quantum utraq[ue] in conscientia[e] certamine ualeat & efficiat,  
& quis utriusq[ue] futurus sit exitus.**

<https://hdl.handle.net/1874/420678>

# TRAGOE

DIA ALIA NOVA MERCATOR  
SEV IUDICIUM, IN QVA IN CON  
spectū ponuntur Apostolica & Papistica doctri  
na, quantum utraq; in conscientie certamine uale  
at & efficiat, & quis utriusq; futurus sit exitus:

THOMA NAOGEORGO  
Straubingensi autore.

Ad Mercatorem quendam

Ringeris & mordes, isthæc quòd Tragœdia  
Fert Mercatoris nomen, atq; clamitas  
Quasi te cunctosq; Mercatores uellicem:  
At falleris. Neq; enim te uel similes tui  
Carpo, quum uestre rationes atq; studia  
Lateant, & prorsus quales sitis nesciam:  
At meus hic certe Mercator talis fuit  
Ut scripsit, Nam tam bene noui quàm qui optime:  
Quare non est quòd te læsum esse censeas.

ANNO XL:

# TRAGEDY

OF THE  
LIFE OF  
THE  
LORD

BY  
THE

REV. FATHER

JOHN

OF

THE

UNIVERSITY

OF

OXFORD

IN

1700

# ILLVS

TRISSIMO PRINCIPI AC DOMI-  
NO: D. HENRICO, DVCI SAXO-

*niae, Landgrauio Thuringiae, Mar-  
chioni Misniae, Domino suo  
clementissimo S. D.*

Quantum religioni Christianae,  
Princ. illust. per Papatus tyran-  
nidem, et doctrinas impias, te-  
nebrarum, pestis, superstitionumq;  
inuectum sit, intelligit iam  
propè uniuersus orbis. Clarius autem perspicit  
necessum est, qui Euangelij sincera ac sana doctrina  
instituti, diuinæ ueritatis atq; mentis se gau-  
dent habere noticiam, quam Papatus aliquot huc  
usq; seculis neq; ipse solum non cognouit, sed om-  
nes etiam homines ab ea abduxit quàm longissi-  
me, unde et quàm prauissimas et impiissimas de  
Deo rebusq; diuinis, ad suum ipsorum interitum  
concepere opiniones. Non aliter proinde illi Pa-  
patum intus et extra norunt, quàm qui ex ipsis  
inferis, et mortis terroribus, tenebrarumq; inuo-

## EPISTOLA

lucris crepti, recte inter tenebras & lucem, mortem & uitam norunt discernere. Porro, isthæc Papatus cognitio, quia ad salutem pertinet, nimirum ut Christiani errores & mala dogmata caueant, & sacram doctrinam amplecti sciant, per complures hac tempestate manifestata & ostensa est, ut non ipsi solum recte saperent, sed etiam omnes alios quo ad eius fieri posset, à perniciosis dogmatibus uindicarent. In quo quidem negotio D. Martinus Luthe. syncerus sacrarum literarum interpret, longe princeps & antesignanus fuit, quæ postea in hoc ipso imitati sunt multi boni uiri. Neq; id iniuria. Viderunt enim Papatus tyrannidem profligare, & Euangelij lumen cunctis patefacere, opus non solum utilissimum, sed & pernecessarium esse. Siquidem summo conatu Papatus laborat tyrannidem conseruare, omnesq; suo iungo subijcere, & Euangelij doctrinam hereseos titulo toti orbi inuisam reddere & extirpare. Proinde si qui Christiane libertatis ueritatisq; sunt studiosi, contra salutis causa id agant necessum est, quo perspicuum fiat omnibus & singulis quantum insaniant, quicumq; aut Papatum sectantur, aut illum præfracte conantur defendere, quorum adhuc ubiq; magna copia est. Quapropter &

## DEDICATORIA:

ego pro mei ingenij tenuitate in hoc theatrum ad  
 Papatus tyrannidem & pernitiōsa dogmata qua  
 licunq; modo depingenda, & omnium oculis sub  
 iicienda, hortatu & iussu bonorum doctorumq;  
 uirorum processu, composuiq; hanc alteram Tra-  
 gœdiam, (uel si quis mauult appellare Tragico-  
 comœdiam) in qua omnes & præsertim tenera  
 etas, diuersarum doctrinarum, Papatus nempe  
 & Euangelij diuersos fines animaduerteret. Ne  
 scio enim quo pacto puerilis etas à contionibus  
 & seueris institutis abhorre uidetur, faciliusq;  
 ludicris rebus quàm seriosis ducitur, quod quidē  
 an natura contingat uel accidente quodam exter-  
 no, nihil hic attinet disputare. At plurimum certe  
 refert, à teneris recte institui, & in-  
 formari opinionibus, quocunq; id tandē fieri possit modo:  
 Quippe si qua mundi melioris spes est, eam iuue-  
 tus probè instituta deinceps exhibeat necessum  
 est. Nos ipsi documento sumus, quàm difficulter  
 & tarde à salua semel concepta, atq; opinionibus  
 in tenera etate apprehensis, iam etate pro-  
 uecti homines abduci queant. Quæ quidem abdu-  
 ctionis tarditas, ut in bonis laudanda, ita in malis  
 reprehendenda & pernitiōsa est. Nō nihil igitur  
 meo iudicio, boni facere uidentur illi, uel qui quæ

## EPISTOLA:

uuentuti præsunt, rectissima tradunt, uel qui  
 utrosq; strenue ad recta capeffenda exhortantur,  
 ansamq; ad id quam commodissimam præbent. In  
 quo quidem genere nos esse uolumus, quod an si-  
 mus affecuti, aliorum esto iudicium. Scopus hic  
 certe noster fuit & in priore & in hac Trage-  
 dia, ut iuuentus Papatus doctrinam & tyranni-  
 dem quo quo modo animaduerneret, rectisq; &  
 firmissimis secundum Scripturas, adductis cog-  
 nitionibus, de peccatorum remissione, & Euangelij  
 summa, de terroribus mortis pro male acta uita,  
 de certitudine uite æternæ, quam nemo sanus nõ  
 querit, imbueretur, et id per lusum quidẽ. Finxi  
 enim in hac quendam moriturum, uarijs & mul-  
 tis inquinatum sceleribus, mundo mundiq; stu-  
 dijs deditum, qui quum in extremis peccatorum  
 admoneretur à Consciẽtia, uerisq; mortis æter-  
 næ agitaretur terroribus, cupidissime salutis uia  
 et peccatorum remissionem quæsiuit. At parochus  
 quidam accersitus, Papatus illum dogmatis insti-  
 tuit, nimirum, ut in opera & merita collocaret fi-  
 duciam, oblitus interim mortis & beneficij Iesu  
 Christi, quõ nos sola misericordia à Deo patre in-  
 gratiam acceptamur, consentientibus Apostolis  
 & Prophetis. Ea fiducia Mercator (ita enim ap-  
 pellari

## DEDICATORIA:

pellari placuit moriturum) intumuit, se nactum uidelicet putans, quo coram Deo possit gloriari, & quod iudicio iræq; Dei opponat, quo modo sanè multi homines sunt animati. Quia uero impossibile est, ut peccatis agnitis, & animo peccatorum & iræ dei præformidine inquieto, operum meritorumq; fiducia consistat, cum q; nobis plurimum malorum quàm bonorum simus conscij, tum etiã, quòd diabolus mirus & efficax artifex est, ad refellenda & euertenda opera & iusticiam nostram, conscientiam Mercatoris finxi incòmodam & molestam, semperq; reluctantem operum fiduciæ, ita ut Mercatoris animus illi doctrinæ acquiescere nõ potuerit, nec pacari. Luctabatur simul & operum tumida fiducia, peccatorũq; imensa grauitate, donec peccata, (quod fit) effecere, ut iam iam oblita illa fiducia uitã & salutem planè esset desperaturus, ni è supernis iussus esset sperare. Inde ab illa operũ fiducia purgatus, certaq; Euangelij doctrina institutus est, cui institutioni & conscientia et peccata extemplo cessère, exq; ea in firmissimam salutis spem peruenit. Nemo autem non nouit opinor, isthoc uerbum Euangelij, et cognitam in Christo Iesu solam gratiam, que fide apprehenditur, efficere solere. Ad iudi-



## EPISTOLA:

cum igitur illi spe fretus accedit. Porro, quo clarius inno'esceret, quid inter Papatus & Evangelij doctrinam intersit, quantumq; utraq; in dei iudicio ualitura sit, ex aduerso finxi alios tres Papatus sectatores, unà cum Mercatore iudicium accedere. Vbi quid sit iudicatum, & qui diuersè fuerint fiduciae fines, ex quinti actus contextu legenti patebit. Isthoc figmentū. Prin. illu. quia ad uitæ probitatē et dei metū, atq; ad synceram Euāgelij doctrinam capeffendam hortatur, existimauit neq; iniucundū neq; inutile iuentui fore. Atq; hercle idem confido uisum iri, quicumq; candidioris animi de illo iudicaturi sunt. Sycophantas & Euangelij hostes nihil moror, qui, sicuti in priore ita etiam in hac ostendēt, quā egregij sint in aliorum operibus reprehendendis artifices, quū interim ipsi neq; priuatim neq; publicè quidquā in communem utilitatem adferant. Eiusmodi hominum iudicia me nihil mouent, neq; boni uiri est, propter quorundam improbitatem à cōmuni bus cōmodis promouendis absterreri. Si quis omnino aut odio aut animi prauitate adductus aliorum labores uult lacerare, sciat palmam in medio omnibus esse positam, quare procedat in theatrū, edat meliora, & nos in erim tacebimus. Ego neq; in-

genij

## DEDICATORIA.

*genij ostentatione, quod mediocre est, neq; cuiusq;  
 odio aut traductione, nisi fortasse Evangelij hosti-  
 um, Tragoedias aduersus Papatum scribere orsus  
 sum, sed quum uiderem eruditissimis & scriptis  
 & contionibus in negotio Euangelico adu-  
 lris bene ac satis consultum esse, puerilem tamē etatem  
 illis ipsis non delectari, nō inutile fore ratus sum,  
 Papatum à contionibus in theatrum produci.  
 Quamquam ego id fortasse non ea felicitate &  
 eloquentia facere potuerim, qua oportuit, & qua  
 alij facere possent, mihi tamen & in hoc ueniam  
 dabunt candidi lectores, tanq̃ ἡμεῖς ἡμεῖς.  
 Mihi satis est interim ceteris doctioribus & elo-  
 quentioribus uel occasionem dedisse, ut debito  
 apparatu ad hoc negotium accedant. Tuæ autem  
 clemētiae Prin. illustriss. hunc meū laborem nomi-  
 nauim dicare, & tuis ueluti auspicijs in publicum  
 dare constitui, cum ut meam erga te obseruantiam  
 declararem, primusq; pro adeptā hereditate pa-  
 terna munusculo quodam literario tibi gratula-  
 rer, tum etiam, ut in amplificanda Iesu Christi  
 gloria, Papatusq; tyrannide in ditionibus tuis ex-  
 tirpanda, ut hactenus feliciter orsus es, ita por-  
 rō quoq; pergeres, quo nec acceptius deo quicq;  
 nec; tuis subditis utilius facere potes, te adhor-*

## EPISTOLA

Vener. Quamquam sanè mea adhortatione tibi nihil sit opus, quum res ipsa per se id abs te flagitet, deiq; spiritus è supernis hunc animum iam olim tibi dederit, eumq; aucturus est procul dubio in dies magis. Tantum igitur peto ut meum hunc laborem boni consulas, dignerisq; pro tua in omnes clementia, & me & hoc scriptum in presidium tuum suscipere, meq; habere commendatum.

Vale. Ex Sultza. 26. Maij Anno

1539:

Thomas Naogeorgus.

PROLOGVS

**D** In noua (quod aiunt) est contio gratissima,  
 Huc auidū spectatores animū aduertite,  
 Nouā adportamus & hāc uobis Tragoē  
 Cuius nobis ansam etiā Papatus dedit. (diam.)  
 Si placet igitur argumenium uobis modo  
 Exponam paucis. Iussu Christi iudicis  
 Homines ad iudicium citauit quattuor  
 Lychares, nuncium quem mortis finximus,  
 Inter eos uero & Mercator citatus est,  
 Quem sic proprio placet appellari nomine,  
 Is ex citatione in sperata anxius,  
 A parochō doctrina imbuitur Papistica,  
 Vt à peccatis liber in cœlum uolet.  
 At doctrinæ illi contradicit (nescio  
 Quo fato) mercatoris conscientia,  
 Peccata semper, semper & iram prædicat,  
 Vnde ille in cordis detruditur angustiam:  
 Præsertim tamen ut Satanæ uidit codicem, &  
 Peccata sua in illo exacte scripta omnia, &  
 Aduersus Satanam omnē ludi parochi operam,  
 Paulum aberat quin suum desponderet animum,  
 Verum è supernis est afflatus numine,  
 Simulq; missi Paulus Cosmasq; medicus,

PROLOGVS:

A Papatus illum repurgant dogmatis,  
 Certamq; pro peccatis rationem docent.  
 Quo facto ad iudicium se animo bono parat.  
 Interea alios tres Papæ edoctos dogmatis  
 Ad iudicium Lyochares pellebat, quibus  
 Et mercatorem iungit, sibi bene conscium,  
 Eo quòd Christi lotus esset sanguine,  
 Cuius se credit seruatum iri dextera.  
 Ast alij in se suaq; habebant fiduciam,  
 Mœstisq; iudicem adibant conscientijs.  
 Post iudicatis singulis, in inferos  
 Truduntur tres, at Mercator superos petit.  
 Tantum est. Diuersarum doctrinarum, exitus  
 Etiam diuersos è Scripturis tradimus.  
 Adeste. Non pigebit scio paulisper his  
 Animum curis uacuum aduortisse ludicris.

INTERLOCVTORES.

Lyochares:	Christus.
Mercator:	Paulus.
Conscientia Mercatoris:	Petrus:
Puer.	Cosmas:
Lucrum.	Princeps quidam.
Satanas:	Episcopus quidam.
Parochus:	Franciscanus quidam:
Medici:	Michaël.

A. Actus

ACTVS PRIMVS:  
LYOCHARES.

**N**E quis requirat qui sim, paucis eloquar:  
Lyochares uocor, atræ sum mortis nunci-  
cius,

Re fortasse hominibus notior ac nomine

Nam semper inter illos uersor, nec pedem

Aliò è terris quoquam conferre licet. ita

Perpetuis usq; fatigor hic negocijs.

Quæ sint uel stultus, opinor, posset noscere:

Nolite terreri. Trux sum & sæuus quidem

Verbis factisq; (ita meus me uoluit pater)

Non nullum tamen haberent à me commodum

Mortales, si suis non ipsi incommodis

Gauderent, haud quaquam curantes res suas

Quantumuis moniti rectius disponere.

Ad uos sanè iam nil mandatorum adfero,

Quæ re confidite uerbi sq; animum aduertite:

Nam sunt quæ porrò uos omnes si ire cupiam.

Nomen tenetis iam, & ut puto, negocia.

Negatis? Dicam si cupitis aperitius.

In medijs ego mortales obruo gaudijs.

Ingratus sanè nuncius bene agentibus,

Quin nec amice compellor ab his qui agunt male:

Nam & uarijs cunctos sine discrimine p. stibus

Onero morbisq; si quando illis adfero

A C T V S

A summo quidquid est decretum iudice.  
 Hoc ad negocium isthac utor mantica, in  
 Qua mortis omnes aculei sunt conditi,  
 Supplicia, pœnæ simul ignotæ ac cognitæ  
 Morborum pestiumq; diuersa genera.  
 Vultis specimen horum uobis ut proferam?  
 Scio uos nolle, neq; ut faciam mandatum est mihi:  
 Profero solum quibus iubeor & debeo,  
 Quæmadmodum & hodie quibusdam protuli,  
 Et nulla dies mihi abit sine linea. Sed ô  
 Deum immortalem, quàm secure uiuitur  
 In terris? quàm nulla est mortis memoria? Nec  
 Cuiquã iudicij supremi in mentem uenit?  
 Si non quotidie aliquos de mundo carperem,  
 Reges, tyrannos, pauperes & diuites,  
 Ignobiles & nobiles, & sæpius  
 Firmatam longe uitæ spem mortalium,  
 Amplas diuitias, imperia, potentiam,  
 Ambitionem, uoluptates, lucra dulcia, &  
 Negotiationem inexplicabilem,  
 Repentino incursum fortiter abrumperem,  
 Possent sanè mortis obliuisci homines. Sed in  
 Tantis quas moueo turbis rebus in omnibus  
 Securum demitor illos gerere animum, &  
 Iniquitati omne studium & operam dare

Posse

PRIMVS:

Posse. Furantur, rapiunt, pergræcantur, dolos  
 Cudunt, bella gerunt, scortantur, ut illa interim  
 Omittam hominis sunt quæ interioris hulcera,  
 Malas opiniones, tenebras cordium,  
 Quibus sibi mortales mirum in modum placent.  
 Quasi uero ego nihil sim cuius curam gerant,  
 Aut nulli sit ratio reddenda iudici,  
 Nec rerum finis appropinquet omnium.  
 Isthuc quam sæpe aliàs tum hodie sensi magis,  
 Simul ac ad tres hodie mandata pertuli.  
 Hem quàm nihil erat illis insperatius  
 Meus quàm aduentus, ac mandata urgentia  
 Suorum ut operum reddant rationem, & deis  
 Iudicis in crastinum expectent sententiam? Et  
 Si uacat exponam breuiter uobis singula.

Primum Princeps quidam conueniendus fuit:

Is uero diues obsidebat oppidum,  
 Dira fremens militibus tormentisq; æneis,  
 Si illud non ante occasum solis in suas  
 Redigeretur manus. Addens, frustra hæctenus  
 Se bella tot annis confecisse plurima,  
 Et claro incassum celebratum esse nomine  
 Si homines imbelles oppidumq; nihili, iam  
 Tandem suæ resisterent potentie.  
 Hæc dicens, oculis arma capit ardentibus,



ACTVS

Hortatur strenuos, ignavis horrida  
 Minatur, muros quassatos iubet aggredi,  
 Medio ipse cum primis miscetur agmini.  
 Hic ego placide accedens, heus inquā, quoruist  
 Mecum tibi eundum est, ut die te crastino  
 Iudicio sistam. Totus ille expalluit,  
 Trementiq; statim excidit è manibus lancea,  
 Quam in ciuium perniciem corripuerat. Et  
 Adhuc reluctanti illi (ut mos est ferè hominum)  
 Prolatam mantica ex hac pestem, lateribus  
 Infixi. Hic uidisses medicos accurrere,  
 Tristari proceres & canere receptui,  
 Turbari milites, exultare oppidum,  
 Fractosq; in sibilum conatus uortier.

Vt aut inanis uisa est medicorū opera et ars,  
 Monachus quidam accersitur uentriosus, (ad  
 Quem ò si habuisssem mādāta) qui tristē instruat.  
 (Nam extemplo aderat proterua conscientia,  
 Multorum ac magnorum facinorū illū admonēs:  
 Hinc illa tristitia, quòd non ratio satis  
 Ad iudicium pro factis tot subducta erat.)  
 Et consoletur doceatq; modum quo queat  
 Peccatis solui, & iustus adire iudicem.  
 Quæ monstra eum docuerit post uidebitis.  
 Sic doctus rem diuinam audit & absoluitur.

Quantumuis

PRIMVS.

Quantumuis reclamante conscientia,  
 Operibus nullis exoluisse debitum,  
 Nec rationem factam accepturum iudicem,  
 Monachus contra duello certat uincere  
 Donec commentis, multis & periurijs,  
 Comptisq; nugis pressit conscientiam:  
 Cuius rei gratia multa tulit munera  
 A principe, ut semper solent mendacia  
 Donis in mundo ueritatem uincere.  
 Fortiter interea tergo conscientia  
 Fascem illi debitorum astringit omnium.  
 Ita quidem Princeps ut mecum eat accingitur,  
 Monacho suam pro illo dante animam pignori  
 Nullo pacto rationem posse fallere, aut  
 Reprobari. At res uerum docebit postea.

Et ut rem in uerba conferam paucissima  
 Haud secus & imparatos adij alios duos,  
 Nempe instituti Franciscani simiam  
 Quãdã, et male ἐπισκοπῶν & quẽdã episcopũ,  
 Haud secus & isti luctabantur strenue,  
 Nugis ut uicta tandem conscientia  
 Quiesceret. Haud secus & utriq; debita  
 Fascibus imposita sunt à consciencijs.  
 Fortasse ut intelligerent, quã belle sibi  
 Pro debitis tot esset subducta ratio.

ACTVS:

His ueni hodie nuncius haud ex sententia,  
 Eosq; alijs intentos rebus repperi,  
 Quam ut suspicarentur adesse extremum diem,  
 Neq; ferè aliter animatos iam offèdere licet.  
 Adeo nullus ueretur male agere, nec parat  
 Se iudicio quisquam aut re etiam uiam ingredi  
 Discit, probis nec se dedunt doctoribus,  
 Sed hauriunt pleno gutture mendacia,  
 Quibus pereunt, quamuis aliter existiment.  
 Me iussa quidem exequi decet, haud minus tamen  
 Et ipse salutem desidero mortalium.  
 Ut, quamuis interiret corpus peste, uel  
 Alio quouis modo ut decreta postulant,  
 Tamen ad salutem seruaretur spiritus.  
 Sed ferme effecerunt ut nullius mihi  
 Grauis sit interitus, & misericordia  
 Nulla tangar. Nam si iuxta prouerbium  
 Piscator ictus sapit, in causa quid sit, haud  
 Video, cur mundi huius uel sapientissimi  
 Nullis ictibus aut exemplis sapere uelint,  
 Ut cautius agant, & res omnis iudici  
 Probari possint. Aut si id fieri non queat,  
 Discant saltem qui nam placetur, aut quibus  
 Ex rebus certo dimittantur debita. At  
 Horum nulla prorsus tanguntur cura. Ita

Corpus

P R I M V S.

Corpus & animā simul laborant perdere, &  
 Pleno rapidog; cursu eunt ad tartara:  
 Ut & ipsa salus tamen si maxime uelit,  
 Seruare tamen non queat homines eiusmodi.  
 Et si ex citatis non nulli tandem uel in  
 Extremis recte ducti possent respiscere,  
 Tum sibi (malam) di. ctos coecos applicant,  
 Mendaces, palpatores, b. stias malas,  
 Quibus ego si liceret cerebrum lapidibus  
 Libenter excuterem, peste aut fortissima  
 Tanquā è supernis fulmine tactos perderem.  
 Quid enim illi aliud faciūt, quā reddunt perditos  
 Perditiores? & implicatos implicant  
 Magis atq; magis? lippisq; oculos planè eruunt?  
 Odio habeor ego propterea à mortalibus  
 Quòd me ueniente soluitur omne gaudium,  
 Nam sunt linguenda quæ hīc habent charissima,  
 Corpusq; omnigenis perdo calamitatibus  
 Morti ut concedat dedaturq; uermibus,  
 Qui sit, ut illi impostores non simili modo  
 Sint omnibus odio? An qui animā perdit, minus  
 Delinquit, quàm qui corpus peste percutit?  
 Aut qui perpetuum aufert minus putabitur  
 Lædere, quàm qui aufert temporale quidpiam?  
 Quum illi praestigiatores ex industria

A C T V S.

Animabus insidientur, & quod maius est,  
 Nullius iussu (ut ego) & corpus tandē & animā  
 Ad æterna ultro promoueant incendia,  
 Fouentur sedulo, pascuntur pinguibus,  
 Amice compellantur, & ex summis lucrum  
 Iniurijs damnisq; reportant maximum.  
 Quis non hic uel Mosaicæ mansuetudinis  
 Indignitate rerum motus clamitet?  
 O stolidos iuxta ac miseros homines. Quam diu  
 Vestro serpentes in sinu fouebitis?  
 Quousq; tandem credetis mendacijs?  
 Quam diu animarum carnifices amabitis?  
 Sed omnis clamor frustra est. Decipi uolunt,  
 Ipsosq; deceptores ultro prouocant.

At uos tamen prudentiores fore puto.  
 In eiusmodi rebus ego uersor perpetim,  
 Asto & deceptis atq; deceptoribus,  
 Haud cum indignatione mentis paruula.  
 Quapropter mihi res isthæc sunt notissima  
 Si uobis nondum sunt, saxo tamen ut fient.  
 Nam adhuc restat citandus Mercator mihi  
 Qui in hisce ædibus habitat. Hic haud aliter erit  
 (Ut nunc quidem sunt hominum mores omnium)  
 Animatus, nec melius sapiet quàm cæteri.  
 Nisi fortè aliam mentem illi cœlestis pater  
 Dederit,

P R I M V S.

Dederit, quod sanè non contingit plurimis.  
Sed quid moror adire & pulsare ianuam?

SCENA SECVNDA.

CONSCIENTIA, LYOCNARES.

**V**AEH miser & mihi, ut omne meum ius per  
ueritur.

Ut indigne opprimor & à familiaribus:

Ut nemo in hac me uult familia respicere.

O ius & æquitas & sancti iudices

Ecquis uestrum suppetias mihi ferre poterit?

LYO. O mortis terror, quæ nã isthæc est foemina

Quæ pro foribus plorat? Quod ad aspectũ attinet

Audax quædam uidetur & mire impudens.

Sed alloquar & percontabor quid sibi uelit.

Mulier quid ploras? quid tibi hic negocij est?

CON. Quid ego nõ plorẽ aut uociferer miserrimè

Heu quàm æquitate est uiolentior iniquitas.

Lucrum heu lucrum, quàm me festinas perdere:

LY. Quid tibi uelis mulier nondũ etiã intelligo.

Dic si potes breuibus, quæ sis, & quid tibi

Molestum sit. Concede huc paulum à ianua.

CON. Ego sum huius Mercatoris conscientia

Qui in hisce adibus habitat. LY. Quid, consci-

entia?

A C T V S:

CON: Ita inquam. LY. Quid tu ergo hic foris es  
 & non domi?

CON: Dicam. Ego cum hoc Mercatore à teneris  
 (quod serui)

Vnguiculis creui, et una habita sum ex familia hac,  
 Simul semper procurans res domesticas  
 Sancte & iuste summisq; meis pro uiribus.  
 Atq; utinam ille meis paruisset iussibus  
 Neq; se tot inquinasset flagitijs stam  
 A primis annis, mihi reluctans perpetim.  
 Interea uenit huc quædam meretricio  
 Habitu, quam appellabāt sortem, aspectu hercule  
 Non inuenusta, blanda, lasciua nimium,  
 Aspicientibus arri debat amice satis.  
 Non tamen ultro uenit, sed ab illo perfido, in  
 Alienis quæsitæ fuit & erepta domibus.  
 Ea quum non admodum diu hac in familia  
 Versata esset, mercator eam amare occipit,  
 Donec nihil ueritus adulterijs scelus  
 Neq; legem Iuliam, cum illa rem clanculum  
 Habuit grauidamq; fecit. Erat tum illud mihi  
 Primum graue. Nam nihil præ sagibat animus  
 Boni. Hinc uerbis illum obiurgauit plurimis.  
 Quod flocci faciens me contempsit rustice.  
 Et aduenam illam coepit multo impensius  
 Observare

P R I M V S:

Observare & fouere, ne molestia  
 illi quidquam fieret à familiaribus,  
 Vsq; eo, ut quo curari posset ampliter,  
 Et seruis uictum minueret & stipendia,  
 Et quotidie quidquam ad labores adderet.  
 Vnde illam diris deuouebant sæpius.

LY. Vt illa etiam num exemplis pereat pessimis.

CON. Peperit aut è nõ decimo, ut cætera solent,  
 Sed quinto mense, abortum ut omnes crederent.

LY. Viuebat ne foetus tempore tam incongruo  
 Aeditus? CON. Haud poterat uita in illo conspici aut

Sentiri. Quare exanimatus prorsus pater,  
 Suo correptum ex templo scemori insuit,  
 (Quod & Iuppiter olim fecisse dicitur)  
 In quo illum alijs gestauit quinque mensibus,

Ita ut in iusto bis nasceretur tempore.  
 Iamq; secundo natus (uisu mirabile)  
 Grandis erat, audacter solus ut incederet

Nec matris unquam flagitaret ubera.  
 Statimq; ille puer mihi molestus esse, me  
 Irritare & mecum certare coepit. At  
 Ego tum uincebam illum tamen, neq; potuit  
 Tametsi maxime cuperet me opprimere. Iam  
 Vero ut adoleuit coepitq; esse charior



A C T V S:

Ipsiq; patri cunctisq; familiaribus  
 Effecit & uiribus & communi omnium  
 Sententia, ut multata male eijcerer domo,  
 Ne unquam suis quid aduersarer commodis.

LY: Quod erat illi puero nomen? CON. Pater  
 quidem

Domesticiq; omnes appellabant lucrum:  
 Sed alij, illius ut perspecta est audacia  
 Τόκον græco uocabant nomine. Scilicet  
 Rebus propius inspectis æqui iudices.

LY. Male uelim dispareat seu lucrum seu Τόκος  
 Vocetur. CON. Ita ego misera multum temporis  
 Pro foribus asto, in æstu, frigore & imbribus  
 Et exeuntes & intrantes obsecrans  
 Ut intromittant, patianturq; uel infimi  
 Subsellij esse, si quidem prior locus  
 Et dignitas negaretur: Sed tauricum  
 Tuentes, nolunt, prohibente atq; ianuam  
 Custodiente lucro, nullam aliam (quod sciam)  
 Ob causam, nisi probis quòd gaudeo operibus,  
 Et semper improbis aduersor sedulo.  
 Quñ è regione lucrū impense gaudeat improbis:

LY. Que te ergo mala crux agit, ut maioribus  
 Et fortioribus aduersere, quod solet  
 In propriū haud raro cedere exiū? CON. Eho tu  
 Suades,

P R I M V S.

Quades, ut cunctis non solum tacentibus  
 Sed applaudentibus etiam uel pessimis  
 Factis, & ego taceam nec aduorser? Nihil  
 Agis Ante me cœlesti tactam fulmine,  
 Aut cœcā surdamq; uelim, quàm isthæc perpeti:  
 Lucrum eijciat, Mercator ipsus opprimat,  
 Erit tamen aliquando tempus & locus  
 Ut & Lucrum huius det pœnas audaciæ  
 Et ego negociatori isti perditio  
 In faciem stetero, & omnia eius improba &  
 Scelerata facta in memoriam redegero.  
 LY. Ut impudens es, nil alienū feceris.  
 CON. Nondū etiā me huius puduit impudentiæ  
 Pudeat mendaciorum & facinoris mali,  
 Non ueritatis, officij, & operis boni.  
 Sed cur ego tibi hanc denarraui fabulam?  
 Num ut irrideres? Et non potius ut inopi &  
 Afflictæ in his suppetias ferres casibus?  
 Odiosum hominum genus, aliorum incommodæ  
 Casusq; diligenter expiscantium,  
 Ridendi ut habeant materiam, non ut iuuent.  
 LY. Non huius sum farine mulier, ne putes.  
 Sed iam saxo domus ut isthæc tibi pateat,  
 Iusq; tuum possis obtinere, & in locum  
 Et dignitatem restituare pristinam.

ACTVS.

CON. Ah ne me falso ducas gaudio obsecro:

LY. Ne timeas, me uide. Sequere hac sis iam:

CON. Sequar.

SCENA TERTIA:

MERCATOR. PVER. LVCRVB.

LYOCHARES. CONSCIENTIA.

**P**erscripsisti ne iam rationes mercium,  
Simule et dati & accepti, quantūq; fecerim  
Exoticis alijsq; mercibus lucris? (ex

LY. Domi est. Auscultabo paulisper quid gerat.

Nam nescio quid loquitur. PV. Ne cures. Singula

Perscripsi & digessi in suos tomos. MER. Bene.

At diligenter. PV. Accuravi sedulo.

MER. Vide sis, ut rationes constant omnium.

PV. Ne dubites inquam. LY. Tamen ego me in  
rationibus

Non esse certo scio. MER. Verborum tibi quidē

Nil deest, at in rebus permultum sentio.

Si uis mercaturam discere foeliciter,

Attentus, cautus, diligens, industrius

Oportet ut sis, nullus te fugiat dolus,

Versutijs tibi sit instructum pectus, &

Periurijs nihil mouere pro lucro.

LY. S: 4

PRIMVS.

LY. Sed, scio, mouebimini sexcentis pestibus.

Hec arguunt satis mulier, te nec domi

Esse, neq; istum tuis consilijs corrigi.

MER. in primis isthuc cogitato iugiter

Ne pluris emas quam uendas. Hoc sit tibi scopus.

Ad hoc tua omnis referenda est industria.

Quod ut assequare, occasiones temporum

Obserues, uendendi & emendi, scilicet.

LY. Sed nullus obseruat moriendi tempora;

MER. Haud secus et deteriora et prope pdita stua

Primum curato exponere: Et si quis uelit

Emere recentia, tu ueterrima clanculum

Obtrudito. Quin et inter ementium manus

Solenter merces commutare discito.

Interdum etiam recentium aliquid uendito,

Donec homines illexeris ad te ut confluant

Solum, tanquam inter plurimos iustissimum.

Sunt & alia quotidiana quaedam non secus

Accuranda. Ex mensura nec non pondere, &

Frequenti temperatura, aut, si apertius

Vis, curatura mercium, multum lucro

Accedit. CON. Audis ut opam huic det maxime,

Me abiecta & oppressa penitus? LY. Ut audio

Lucrum uocant quod est iniquo proximum.

MER. Comiter emptores inuitandos censeo.

ACT V. S.

LY. At te ego profecto haud inuitabo comiter.  
 MER: Duplo indices fac semper mercimonia,  
 Ignaris praesertim, & si quem conspexeris  
 Aut stupidum, aut simplicem, et qui appellat pperam  
 Quas quærat res, & hominum ita ignorantia  
 Vitare, ut marsupium tibi lucro turgeat.

LY. At tu turgebis paulo post peste ualida.  
 MER. Nam ut prohibent, stultis facillime emptoribus  
 Quisq; institor obtrudit suas res cum lucro.  
 Quare fac ut homines perdiscas noscere.  
 Qualescunq; autem fuerint homines, memineris  
 Semper tamen iniquum petere ut æquum feras:  
 Foro etiam utere per diligentem. Caue etiam  
 Te segnicies capiat, sed primus omnium  
 In nondinis adsis, primus & exponito,  
 Reponito ultimus, redito domum ultimus.

LY. Vah si tantum operæsumerent homines, boni ut  
 Fierent, bono hercle animo iudicium accederent:  
 MER. Nullum ex quauis re et quauis exiguum lucrum  
 Spernas aut negligas, neq; unquam isthuc tibi  
 Turpe pates. Quid enim tu facias? Si non fuit  
 Olim Vespasiano turpe Cæsari,  
 Ex lotio male olenti colligere pecuniam,  
 Neq; tibi id quisquam uicio uertet. Et, ut male  
 Cedat, male dicisq; lacerere uerbulis,

Quam

PRIMVS.

Quàm facilius serantur uerba quam inopia

Fac cogites, quantaq; sit dulcedo lucri:

Proscindi tolerabilius est quam conspui.

PV. Scio: MER. Quare animum caute aduertas  
questui.

PV. Meminero. MER. Partis sequitur honos ac  
dignitas

Pecunijs, tuos inter ut emergere

Et supremus fieri possis ex infimo, &

Contingat uita tibi uel tandem umbratica.

PV. Intellego. LY. Hec sunt uestra studia perdit.

Hec uos nequissimi senes infantibus

Fere occinitis magnaq; inculcatis opera.

Nemo horrorem mortis nec iudicij metum

Pueris proponit, quo ipsis à cunabulis

In iusticie illos duceretis semitas.

Vt omni ab iniquitate cohiberent manus

MER. Vides quam molliter lucrum curauerim.

Quam turgeat, quam auro argentoq; splendeat,

Tu cogitato ne quid illi detrahas,

Sed id iuxta mecum obserues & diligas,

Omnisq; industria operaq; illi seruias.

Quò fiet, ut te illud uicissim diligat,

Augeat & fortunis magnis & honoribus,

Et publici propediem faciat principem

Consilij, quod mihi contigisse perspicias

A C T V S.

PV. Dabo equidem operam pater. MER. Heus tu, tibi dico lucrum.

LV. Quid est? MER. Hunc mihi puerum quæso obserues probe,

Adhæreas, foueas, reddasq; diuitem.

LVC. Si me obseruauerit & coluerit unice,  
Si caute adhæserit & me sibi habuerit Deum,  
Si uigilauerit & fuerit ad iussa impiger,  
Opera (ne quid dubites) pro opera pensabitur.

LY. At ego saxo ut hæc disturbentur fœdera:

MER. Scio te uelle coli, & merito quidē hercule,  
Nam per te solum homines redduntur inclyti.

Quare puer, nullos illius gratia

Labores fuge, seres iucunda præmia.

PV. Præceptorū memorē dices. MER. Cras scis

Ad mercatum esse eū dum Francofordiam, (mihi

Domum ut illinc decem aureorum millia

Ex societatibus feram. Quare domi

Tu interea rem bene geras. LY. Intercludam ego

Hoc iter: PV. Accurabo. MER, Interea ego neminem

Meas in ædes intromitti uolo, nisi

Quis debitorum ad te numeratum uenerit.

LY. Heus heus, Ecq; ianitor hic est? Ec quis apit?

MER. At at, quis ita fores pulsat centaurice?

LV. Nullus aperiat, nullus quidquam respōdeat,

PRIMVS.

Nam mihi uidetur esse conscientia,

Que semper his proterue uim foribus facit.

CON. Audis mi hō, ut lucrū ne intromittar caues

LY. Bono animo sis. Nisi me fallunt istæ manus,

Istas tibi fores expugnatas dabo.

Hem, nullus audiet? MER. Hic profecto ianuam

Effringet quisquis est. Quin despicis puer

Mox per fenestram, et quid sibi uelut rogas?

PV. Quis est? Quid hic tibi debetur hō pessimo

Vi foribus uim facias? LY. Intromitti uolo.

PV. At nobis ocium non est operam dare

Mendicis, nec domus isthæc mendicos amat:

LY. An tu me mendicum arbitrare carnifex?

Nisi aperis assulatim has comminuam fores.

MER. Notū esse oportet, qui sic minitatur malū.

Nomen roga. PV. Hospes, quod est nomen tibi?

LY. Lyochares uocor. ME: Abeat ī maxiam malā

Crucem. Nemo mihi est istoc notus nomine.

LY. Sed aperi inquam actutum. PV. Multum in-

modestus es

In conueniendis hominibus. Noli fores

Frangere. Responde primum, quid negotij

Habeas. LY. Est mihi quod Mercatori nunciem,

PV. Adfers pecuniam? Si non adfers abi in

Malam rem. LY. Eam profecto uobis adfero:



ACTVS.

*Sed ociose tute tecum disputa.*

Ego his loquar foribus. PV. Parce foribus obsecro

Hic hercle peruicaciter oppugnat fores.

Quid si ante aperiã quã constringit cardines?

ME. Melius est. Sed tu mihi gladiũ cedo, et lucrũ  
Aliquò abstrudas. Nã hic hercle prædatũ aduenit

PV. Quid si in clamem ciues ut suppetias ferant?

MER. Nihil opus est tumultu. Ego illũ monoma-

Latronẽ accipiã, ne frustra huc peruenerit. (chus

Tu mox lucrũ. PV. Heus huc te lucrũ in arcã con-

Ne te uiolẽtus hic latro iuentũ opprimat. (dito

Ah tu cohibe uim donec adimo repagula.

Quin cessas paulisper? Quid nunc? Patent fores.

Quid uis? Quid quæris? Quid debetur hic tibi

Nisi malum? LY. Ne mihi obsistas puer, nisi

Maui cerebrum comminui tibi. Iam sequere tu,

CO. Quid si ante oĩa mactemus maledictũ lucrũ

Quod ad fores est? LY. Vbi? Non est. Videbimus

De illo post MER. Hei mihi, spasmsus neruos con-

Iam iam perij planissime. Occidar, quasi (trahit:

Pullus gallinaceus. Haud iusto tempore

Me nerui destituunt. Sed & hic, ut conspicor,

Inermis est. Bipedum scelestissime, quid est,

Quòd contra leges & maiorum iura, uim

Mihi facias, & id meæ domi quidem?

PRIMVS

LY. Sic soleo. Adorior homines ut animo collibet  
Vel ruri uel domi, ubicunq; est occasio.

Nec pareo maiorum quidquam legibus.

MER. Recte latronum more. Red saxo hercule

Vt cæteris exemplum sis latronibus,

Quum in excelssissimam te sublatum crucem

Conspexerint. Sed curre Puer, & publicos

Magistratus ministros huc ad me uoca.

Que hæc est miseria, ut nullus domi suæ &

In ciuitate libera tutus fiet?

LY. Nihil est opus ministris publicis puer:

Quare subsiste paulisper, donec scias

Vtrum medicos an carnifices huc aduoces.

Audi Mercator. Mortis adsum nuncius.

MER. Quid? Vah misero mihi. LY. Mortis

adsum nuncius.

MER. Heu totus languero. LY. Mortis adsum

nuncius.

MER. Tace obsecro, terrores subiti me opprimunt

LY. Tamen adsum mortis nuncius. MER.

Heu spiritus abit.

LY. Et iubeo, ut hæc relicta uita & opibus,

Honoribus, amicis, lucris, negocijs,

Bonisque huius uitæ abdicatis omnibus,

Operum, studiorum, uerborumq; iudici

## ACTVS

Probatam cras reddas rationē. MER. Vah mihi:  
 Tonitrua & grandinē loqueris. Quid agā miser?  
 Quome uortam? Ah licet ne paucis te alloqui?  
 LY. Quid uis? Loquere. MER. Quæso te ma-

iorem in modum,

Ne mihi succenseas quòd tibi dixi male.

Neq; te neq; tuam cognoui potentiam.

Alio modo notos compellamus, alio

Ignotos, ignotis raro suus datur honos.

Tui candoris est, mala consulere boni.

LY. Nihil moueor maledictis, nec quidquā infor-

Abs te mihi accidit. Vbiq; fere isthoc modo (leus

Suscipior, rarus iam mihi dextram porrigit.

MER. Quando igitur nil mihi succenses, porrò  
 obsecro

Supplex, ne in istis me uoces negocijs,

Si diu aliquod annos hunc mihi diem proroges.

LY. Non meares agitur, iudicis sententia

Te urget, quæ nullis mutari precibus potest.

MER. Tamen Ezechie dati sunt anni quindecim

LY. Ut isthuc memoriter teneas. Sed unius

scis priuilegia, communem non destruunt

Legem. Non cui suis tantum ualent preces.

MER. Heu cor mihi dissilit. Tamen negocia

Quaedam mihi uix diu effecta sunt, ad quæ anno

nus aut

PRIMVS

Ad minimum menses undecim (nam grauia sunt)

Requiri possunt, ut conficiantur probe.

LY. Etiam si mille annos perpetuos uixeris,

Non cuncta tamen confeceris negocia.

Nam uno nondum confecto succedit aliud.

Conficient alij quod tu non confeceris.

MER. Heu totus horreo. Ah ah, heredes nesciunt

Qua cuncta transigenda sunt solertia.

LY. Discant natare aquis in os fluentibus.

MER. Interimis me tuis dictis. Tantum modo

Sex oromenses concede, ut melius mihi:

Subducatur ratio reddenda iudici, &

Donec raso uertice me fune cinxero,

Bonis permultis exornatus operibus,

LY. Neq; sex neq; quatuor, tametsi spondeas

Catena aut centum te cincturum funibus.

MER. Vah mihi miserrimo, ut es inexorabilis.

Certe exorari quattuordecim dies

Posse reor, donec rediero à francfordia,

Nam illic haud negligendum est mihi commercium

LY. Mihi committas, ego tuo fungar munere:

MER. Ludis tu nunc quidem. Num tot dies putas?

LY. Ne unum quidem. MER. Heu genua labant.

Cor angitur:

Exanimor totus LY. Animam prende fortiter.

A C T V S

Nam magnam uim tibi adfero pecuniæ.

MER. Pecuniæ uim? Redeunt uires denuo:

Si adfers pecuniam, haud exiguam in spem uocas.

Pecuniam ergo cedo. LY. Imo pestem accipe,

Quæ te profecto die consumet crastino.

Hæc est moneta quam adfero mortalibus.

MER. O spes & opes meæ. O urgens necessitas.

O fatum meuitabile. Vah uitæ meæ.

O dolor & gemitus quam ex improviso mihi

Adestis, quam cito cuncta abiere gaudia.

Oh oh quam uror, quam dolor est cordi proximus

Capite me famuli, & in lectum reponite.

Cogite medicos, & antidota quærite

Neme fatalis isthæc consumat dies,

LY. Vel cenitum cogite medicos, nullus tamen

Huius pestis telum poterit auertere.

MER. Eheu lucrum lucrum, quam me tui oblitio

Cœpit, quam nō lubet tibi posthac dare operam.

LY. Ehem mulier? CON. Quid est? LY. Huius

uim contudi.

Ferociam repressi, finem audaciæ

Imposui, nec iam est quod formides amplius.

CON. Bene actum, & tibi pro opera hac magnâ

habeo gratiam.

Nunc facillime locum meum occupauero.

LY.

PRIMVS

LY. Nunc age, lucrū, quod tibi molestū prædicās  
Fuisse, in omnibus apothecis quærito, in

Arcis, cellis, cameris deniq; & armarijs,  
Mihiq; inuentum renuncia. CON. Repertū adest

LY. Hem quàm crassum animal. Hæcæ actutum  
compedes

Accipe. Prohibebo ne per omnes angulos,  
Terrasq; & maria uolites, nec hominibus in  
Foro ullam post hac exhibeas molestiam.

LV. Fortasse parum uobis uidetur, familias  
Patrem oppressisse, nisi etiam mihi compedes

Immerito & innocenti iniiciatis. LY. Etiam  
Mutire audes nequam? CON. Eia innocenti tibi.

LY. Præterea & scabie te condono gallica.  
Fæxo quoq; (quo dignus des pœnas facinorū) ut

Turpiter ab huius distrahare hæredibus,  
Membratimq; lacerere à canibus aut equis,

LV. Magnum dirumq; malum, malis hæredibus  
Dari in potestatem. Sed tolerabo omnia

Quandoquidem isthuc rerum expetit necessitas.  
LY. Hostibus oppressis, pax est conscientia.

Quare Mercatorem exagites licet ut lubet.  
Officioq; tuo dein fungare pristino.

CON. Sentiet ille quidem quid sit Conscientiam  
Ledere, neq; meis uelle imperijs obsequi:

ACTVS

LY. Merito hercle. Sed ego abeo ad citatos  
ceteros.

Meum postquam hic munus confeci strenue:  
Nūquid uis? CON. Ut cito redeas. En tibi gregē  
Medicorum. LY. Horum omnis hic opera fru-  
strabitur.

Ne timeas. Sed abeo ut reuertar ocyus.

CHORVS.

Quis tantus stupor est cordibus insitus  
Humanis? Quis erit stulticiæ modus  
Tandem? Quando homines respicient sibi  
Vitæ impendere terminum?

Quum mors horribili quottidie manu  
Quosdam corripiat, nescia parcere  
Vlli, non etiam regibus inclytis,  
Quantumuis bene rexerint,

Aut quantum populis extiterint graues  
Armis siue minis siue libidine,  
Vis læti simul hæc dissipat omnia,  
Contundens animos truces.

Quum mors reiiciat munera diuitum,  
Nec uultum timeat multa potentium,  
Nec cedat ualidi uiribus Hercules,

Nec

PRIMVS

Nec magni faciat preces,  
 Sed cunctis pariter tristia concinat  
 Assistens subito, carmina, cordibus  
 Ut missis alijs penè negocijs,  
 Se mox iudicio parent,

Quid reges agitat, quis furor horrida  
 Cursim in bella uocat? Propter inania  
 Gaudent absq; metu commoda / & pius  
 Riuos ducere sanguinis.

Quid querunt equites, quid pedites sibi, ut  
 Rapto iusticiæ transsiliant uias,  
 Audacterq; minus multiplicent mala, &  
 Id ducant sibi gloriam?

Mercator quid agit, dum studet impiger  
 Comportare lucrum fraude, dolis malis,  
 Non magni faciens artibus ex quibus  
 Fratrum possid eat bona?

Mendaces quid agunt causidici, bonas  
 Qui causas reprobant atq; probant malas,  
 Si spes exigui sollicitat lucri  
 Mentis nil metuentium?

Quid, qui scorta colunt, & quid adulteri,  
 Quid fures, quid auari, & quid iners cohors  
 Verbum Euangelij tam exagitantium?  
 Omnes iudicium manet.



ACTVS

Durum heu iudicium iudicis in quibus  
 Nullus regnat amor, nec metus auocat  
 A mundi illecebris & grege perduo  
 Et factis procul impijs.

Mors nobis aderit serius ocyus  
 Cunctis, quum ratio forte nec integra  
 Nec constans adeat lumina iudicis.  
 Fœlix qui excubias agit.

ACTVS SECVNDVS.

MEDICI. PVER. MERCATOR.

Quantum quidem ex certis signis cogno  
 scimus,

Hic homo diu uiuere nō potuerit. Intima  
 Omnia peruasit pestis. Omnis luditur  
 Nōstra opera, qua ægrotis alijs subuenimus.  
 Quapropter ne, qui uitæ autores credimur,  
 Mortis spectatores simus, nostræq; quid  
 Professioni committatur absonum,  
 Abeundum est. Poscamus per internuncium  
 Mercedem, moncamusq; ut animæ consulat,  
 Quando quidem nulla uitæ spes est corpori  
 Eho dum puer ad nos: PV. Quid me uultis?  
 MED. Audies.

Satis

SECUNDVS

Satis perspicimus frustra hinc tempus terere nos,

Nec morti herum tuum ulla posse arte eripi.

Res monet ut abeamus, tu nobis postules

Mercedem, moneasq; ut sibi ipse consulat.

PV. Faciã. Here, Medici abire uolunt et postulãt

Mercedem. MER. Quid? Abire uolunt & de-

serere me?

Deus illis malefaciat. Huc me accedant uolo.

PV. Domini mei, uiscu conueniatis herus iubet.

MED. Aegre fert nos abituros scilicet? PV.

Probe

Diuinastis. MED. More hominum facit. Ocs sibi

A nobis mortis differri uolunt diem,

Quasi & hoc herbarum uires efficere queant:

irascuntur, si mors nostra arte plus ualet.

Sed adeamus. MER. Quid Medici enũ grauissime

Me iam egrotante uos abibitis, quasi

Pro opera uestra non possim mercedem dare?

MED. Ne tristeris Mercator nec succensesas

Nobis quidquam. Certain te deprehendimus

Mortis signa, nec existimamus crastinum

Te uicturum diem, sic te totum obtinet

Pestis, peruasitq; ipsa etiam penetrabilia

Nos circa te omnia que potuimus fecimus,

Nec est quod à nobis quidquam amplius petas.

ACTVS

Quippe nec ars nostra operatur absq; termino:  
Et nos artemq; nostram morti deniq;  
Concedamus oportet, quæ uincit omnia.

Quare quum nil possimus amplius, haud feras  
Iniquo abitionem nostram animo quæsumus.

MER. Abibitis ergo? MED. Te hic grauari  
nolumus

Frustra. MER. Certum est? MED. Profsus.

MER. Meq; in morte media

Relinquetis? MED. Nec si totum hic decennium  
Mancamus, te morti eximere quisquam potest.

MER. Ita ne tandem? MED. Ut quidem nos  
deprehendimus.

MER. O stolidos æque ac miseros, q; corpus suū  
Curæ uestre uestrisq; credunt pharmacis.

Non cogam uos manere hic, sed per me licet  
In maximam quàm primum ut abeatis crucem.

MED. Parui tua maledicta facinus omnia,  
Ut quæ à male sano sunt profecta pectore.

Numeretur nobis merces ut abeamus. MER. Hoc  
Est, mercedem audetis etiam pro mala opera

Poscere. Sed quid agam? Absoluam uos ocyslime,  
Ne uos gratis hic sedisse possiis queri.

Sed quantum poscitis? MED. Quinquaginta  
aureos.

MER.

PRIMVS

MER. Hui tantillum ne? MED. non est nimium  
à diuite.

MER. Non edepol, sed nimiū uestræ est inertie  
Etegregiæ uestræ operæ qua morbum mihi  
Non depulistis cæterum auxistis magis.

Atheus puer, his numerâ quinquaginta aureos.  
Ut abeant quo digni sunt. PV. En habetis hic.

MED. Habemus & abimus. Tu Mercator uale.

MER. Næ ego, si quis alius, infœlix homo sum  
ac miser,

Cui neq; in medicis, neq; in amicis, neq; in

Pecunijs uel tantillum situm est opis.

O mortis incorrupta ullus uiolentia

Muneribus, quàm tristes rerum das exitus,

Nec lachrymas nec querelas miserorum aspicias.

Sero hercle te timere didici. Heu quàm meæ

Iam in arctum (quod dicunt) coguntur copię.

Diris intus & extra affligor cruciatibus.

Eho dum puer, Parochum accersere ocys, ut sacris

Me prouideat, ut omnes morituri solent,

Doceatq; modum quo anime saluti consulam.

SCENA SECUNDA  
CONSCIENTIA. MERCATOR.  
SATANAS.

ACTVS

**I** Am tempus inuitat ut officium agam meum:  
Medici puerq; abiere, sola colloquar  
Cum solo, quo me uel in extremis audiat.

MER. Atqui ingentem congeſti uim pecuniæ,  
Qua lætificabo heredes, ut magnas mihi  
Post mortem gratias agant. Si quidem aliud  
In mundo nihil egi, habitus ſum uir diues &  
Probus, qui dignus eram præferri cæteris.  
Sed unde nobis prodit Conſcientia?

CON. Vnde lubitum eſt. Sed quid ais nunc?  
Adſum tamen

Quantumuis etiam te inuito. Quid ita oculis  
Me tragicis obtuere? Quid teris pedem?

MER. Quia nihil eſt, qui tibi cõminuã ſynciput.  
Etiam tu in conſpectum meum audes progredi  
Peſſima? Mihiq; in medijs iam doloribus

Quidquã loqui? CON. Quid ni? Nũc eſt occaſio.  
Cur me non opprimis? Cur non trudiſ foras?

MER. Certe ædepol ſi quidquam adeſſet uirum,  
Pertunderem os iſthuc tibi impudens probe.

At iam facile illudis relicto ab omnibus,  
Cauſamq; ex uinculis dicenti. Sed rogo  
Te maiorem in modum, quando quidem tu mihi  
Ab ineunte ætate fuiſti inima, ne meis  
Quidquam doloribus addas, nèc uindices

Quod

SECUNDVS

Quòd quàm tibi lucro sen per adhaesi magis,

Teq; meis ex ædibus exturbauis foras,

Ad miseriæ donec sis acta terminos.

Peccaui, uicisti, uictrici do manus,

Abeas quæso modo nec mihi iam molesta sis.

Afflictis non etiam addenda est affl. Etio.

CON. Ego ne ut abeam, officiumq; meum deserã?

Quin adsum, aderoq; tibi & in ipsis inferis,

Semperq; ad aures tua male facta tibi occinam.

Donec tibi cor fatiscat præ doloribus,

Redigerisq; & tu ad miseriarum terminos:

Neq; lucrum etiam isthuc neq; quisquam immor-  
taliu aut

Mortalium prohibebit. An nunquam tibi

In mentem uenit me emersum deniq;

Quum nullius ius iaceat perpetuo obrutum?

Nunc meus es, nunc uera tibi dicam plurima:

MER. Ea demũ summa miseria est, precibus nihil

Miseros posse oblinere. Sed quid ago, inopis

Qui memet animi facio? Patere corculum,

Pariunda quæcunq; imponit necessitas.

Age dum tu, quæ male facta habes mihi canere?

Quæ uera adfers? Quod est imperium in me tuũ?

Quos mihi coelum petenti narras inferos?

CON. Coelum tu? MER. Ita inquam, CON. Si

## ACTVS

quidem asinus aut lapis

Poterit uolare. MER. Quare isthuc? CON:

Etiamrogas?

Quia impius & improbus & nihili semper huc  
Vsq; fuisti, deum contemnens iugiter.

MER. Quid. Impium me & nihili, quæ ciues sibi  
Publici consilij constituere principem?

CON. Nunquam recte notus fuisti ciuibus.

Neq; mirum isthuc hercule, tot eras tectorijs,  
Rerumq; bonarum hypocrisi opertus callide.  
Fefellisti ciues & ab ipsis falsus es.

MER. Video hercle ita factū esse ipso sole clarius  
Sed quod fuerim impius atq; Deum cōtempserim,  
Mentiris, meq; hinc innocentem prædico.

CON. Euge innocentem. Si hoc possis defendere,  
Nulla est causa, tibi cur dehinc molesta sim.

MER. Negas igitur? CON. Et maxime. MER  
Hem quo modo?

CON. Impius est, qui nulla Dei cura tangitur.  
Qui non timet uidetur is contemnere.

MER. Quum dederim eleemosynas pauperibus  
maximas,

Quumq; inter primos adsuerim in ecclesijs,  
Et quotidie certas orauerim preces,

Quin & cum omni ipsus altare supellectili

SECUNDVS

Const. uixerim, atq; etiam uestes dederim sacras

Nec expensæ in Missas numerus pecuniæ

Vulgaris sit, sed sortem excedat pauperum,

Tunc Deum non curasse audes dicere?

CON. Non inficias eo isthuc te fecisse, sed

Co. am Deo, aio, nullius esse ponderis.

MER. Cur isthuc? CON. Quid multis opus  
est anbigibus.

Deum non curat qui præcepta negligit:

Sed neq; curat qui pon præcepta perficit.

Non in mentem uenit, quid adhuc puer patri

Mariq; feceris? Quo pacto quindecim

Pari aureos surripueris & negaueris,

Et apud sodales nequam eos decoxeris,

Qui à matre correptus eam uerberaueris,

Adcoq; ambos habueris ludibrio, sed &

Exerta lingua illorum iussa spreueris?

Quoties illis mala imprecatus sis? Et haud

Raro illorum pessime capita deuoueris?

Mortemq; optaueris, & ita semper uixeris,

Vt ipsis omniq; familia esses dedecus?

MER. Equidè uera memoras, neq; negare q̃o, ita

Me testibus uel mille oppressum sentio.

CON. Quid memorè q̃ iam mortuis parentibus,

Fratrem ueneno sustuleris, ne quis tibi



## ACTVS

Cohæres esset, & quasi esses innocens,  
Extortis fictisq; illum lachrymis fleueris?

MER. Memini hercle etiam isthuc. CON. Non  
ne recordaris, quibus

In ganeis fueris, & quòd meretricibus  
Seruieris turpiter, & quòd adulter septies  
Sis deprehensus, atq; hisce studijs tuam  
Nequiter hereditatem dilapidaueris?

Longum esset narrare, quibus postea artibus,  
Furtis, mendacijs, periurijs, dolis,  
Imposturis, fallacijs, astutijs,

Sortem illam maledictam ex alienis domibus huc  
Raptam intuleris, ex eaq; lucrum produxeris.  
Scis ne hoc ita esse factū? MER. Tua opa hercule:

CON. Quid, quod neq; deū neq; hoīes, nō filios,  
Non uxorem, non cognatos, non deniq;  
Affines aut amicos tanti feceris

Quanti lucrum? Nam illius causa publicus  
Hostis eras immortalium & mortalium.

Illud adorabas, tibiq; summus erat Deus:  
Ecquid negare potes horum? MER. Nihil omniū:

CON. Scis etiā isthuc, quò pacto indignabar tibi,  
Quum acceptos ab amico ducentos aureos

Te accepisse negabas & iurabas scelus?

MER.

SECUNDVS

MER. Vah mihi q̄ uera narras. Quam me pditū  
 Aspicio. CO. Ex xenodochio, cuius cura tibi erat  
 Commissa, in singulas hebdomadas quīdecim  
 Rapuisti drachmas, ne domi sumptum ex tuo  
 Faceres, neue lucro quid decideretur. Et

In hunc modum familiam cunctam annos decent  
 Huc usq; sustentasti, nec quis ciuium  
 Abs te hactenus ausus est rationem poscere,  
 Nec tu sponte tua unquam curasti reddere.

MER. Heu, q̄ me male factis grauas & deprimis.

CON. Si quoties peccasti in deum atq; proximū  
 Recitare uelim, non hic suffecerit dies.

In summa autem, terræ fuisti pondus, &  
 Plumbra quæ iam inferis debetur sarcina.

Quibus ex factis audes sperare gratiam?

Quo Pegaso superos adibis perditus?

Qua spe, qua fronte impius aspicias iudicem?

Qua deniq; æternos ignes fiducia

Effugere poteris? An non in mentem tibi

Venit, quàm grauis ultor sis iniquorum Deus?

Quantus sit emulatoꝝ legis traditæ?

Quàm non suis parcat nec parserit hostibus?

MER. Vah mihi ppetuo ut me trudas in angustiã:

Discede à me obsecro, nec mihi quidquã occinas.

Spinas, tribulos et uerba loq̄ris saxeã. CO. Hand

A C T V S 32

Discedo, sed ostendam tibi qualis uir fies:  
Sed recte Satanam uideo accedere, hic tibi  
Non facta solum sed uerba quoq; singula  
Ex codice ostendet, te ut planè perditum  
Agnoscas. MER. Hei mihi. Vbi est? CON. Ecce

quàm proxime.

MER. Ah quò nunc fugiam miser? CON. Ad  
sortem censeo.

Cur non etià lucrū inuocas? SAT. Cetera quidem  
Recte omnia habent. De cetero omnes sentiunt  
Quæ maxime uolo, ut discipulorum mihi  
Ex retibus euadat nullus. Nunc uiso, quid  
Mercator agat rerum, an se quoq; iam accinxerit  
Ut unà cum alijs cras prandeat apud inferos:

CO. Audis quod loquitur? Cras prandeat at uel inferos  
MER. Væh mihi. Quis ex huius me eripiet unguib.

CON. Lucrū, lucrū inuoca, cultus ut sit memor.

MER. Nihil facilius quàm subsannare miseros,

SAT. Quid agitur? Ecquid uos accingitis ad iter?

CON. Curatur sedulo. Hunc ego totum tibi

Dedo. Nam imperij scita tui secutus est.

SA. Scio. Codex hic omnem operam restabitur.

MER. Deus te perdat Satana, quid mecum tibi

Rei est? Quid hic queris? Cur nō quo dignus es

Abis? SA. Diu iam mihi tecum est commercium:

SECUNDVS.

Te quero: Quin & tu mecum quo dignus es  
Abis? MER. Tecum pessime? SA. Ad Acherontē  
inquam ueni.

Vbi magna tuorum turba sedet sedalium,  
Turpilucris cupidorum, furum, rapacium?  
Nec non diuersis deditorum sceleribus.

MER. Vbi me locorum hominē nouisti cuiusmodi?

SA. Vbi quæris? Inspice hunc et pellege codicē.

Repperies quid, ubi, quoties, quando, quomodo,

Qua, per quos, cur, quibuscum, quibus, & omnia:

MER. Hei misero mihi, q̄ accurate scripta omnia

Quantus numerus, quātaq; rerum est indignitas:

CON. Iam nunc inficiator uel minimū si potes,

Equidem & ego sum singulorum conscia.

SA. Nonne intelligis ex his te fore acherōticum?

MER. O si mihi terra dehiscat, & colles meū ab

Irati iudicis aspectu operirent caput.

Heu iam inferos iam æternos ignes sentio:

SA. Pulchre dicis. Nos interea saltabimus,

MER. Nemo esse potest iratior cui sit Deus,

Nec in quem fortius sua tela torqueat

Quam in me. Videntur uniuersa in me unicum

Conspirasse creature, ut nusquam sit salus,

Nusquam per fugium, nusquā & auxilium mihi:

Superne uenit ira atq; indignatio,

ACTVS.

Interne infandos cor gemitus excreat,  
 Inferne, poena annunciantur horrida.  
 Neq; id immerito. Quis enim me peior? Quis deus  
 Audacius contempsit? Aut quis hominibus  
 In omni iniuriarum genere unquam fuit  
 Grauior? Oh oh oh quàm male & quàm perditè  
 Et uitam omnemq; collocaui industriam.

SA. Vere quidem, sed frustra narras omnia,  
 Cras mecum ibis, non est quod speres gratiam:  
 MER. Animaduerto prorſus nullã peſtẽ ita grã  
 Nullũ eſſe tormentum tam formidabile, (quem  
 Quàm eſt uel leuiſſima peccatorum ſarcina.  
 O ſi ueniat paretus, qui aut iſtam ſarcinam  
 Auferat, aut os obturet conſcientiæ,  
 Aut execrando Satanae rumpat codicem,  
 Cuius me ad mortem adigit & commemoratio.

CON. Mihi quiſquã obturet os? Aut huius codicẽ  
 Dilacerare queat? MER. Meliora ego quã dicis  
 Huc uſq; ſpero, quamuis cor grauiſſime  
 Per ueſtras ſemper affligatur neniã.

SA. Nihil moramur ſpem, modo deſperatio  
 Claudat uitã. MER. Nondũ peſſime. Sed ecce iã  
 Huc paſtor aduenit, à quo conſilium petam,  
 Quo pacto ueſtras effugere poſſim manus.  
 Atq; heu uos à me pellat (ſi quidem mihi

Omnino

SECUNDVS.

Omnino est moriendum) ne me terroribus  
 Perpetuæ mortis desperatum ad tartara  
 Rapiatis. SA. Rectam instas viâ. Nam te quidem  
 Frustra quiduis sperantem rapiam ad tartara.  
 Nec huius pastoris consilium, qui suis  
 Ter stultior est ouibus, cassa nuce pendimus:  
 Sed cymbalum tinnit, fortasse aliquid sacri  
 Secum adfert, ut asinus portans mysteria.  
 Sed heus, tu prope lectum hic cõsiste, in angulum  
 Ego interim concedam hunc, & uenientibus  
 Perstringam oculos, ne nos uidere possent.

SCENA TERTIA.

PAROCHVS. PVER.

**M**ira profecto narras. PV. Tamẽ uerissima  
 PA. Venisse quendã q se mortis diceret  
 Nuncium? PV. Ita inquam. PA. Pestẽq;  
 hero attulerit tuo?

PV. Res ipsa docet. PA. Et secum conscientiam  
 Introduxerit, atq; male lucrum multauerit?  
 Luctuq; graui totas ædes impleuerit?

PV. Nil uerius offendes. PA. Medicisq; iratum

PV. Nunquã cuiquã iratiore. Sed fores (herũ?  
 Patent. Ingredere. iam pridem expectat scio.

SCENA QVARTA.

PAROCHVS, MERCATOR.

CONSCIENTIA, SATANAS.

Aluc Mercator. MER. Det tibi Deus que  
uelis.

PA. Audio te male ualere, MER. Haud ex  
sententia.

PA. Credo hercle isthuc. Sed quid morbi est?  
MER. Pestem uocant.

PA. Deus illā pdat. MER. Imō me illa fundit us.

PA. Dirum telum necessitatem prædicant.

MER. Sic est. Sed scire hoc paruula cōsolatio est?

PA. Egredimini uos ceteri, ut sine arbitris

Peccatorum excipi possit confessio.

MER. Desperârunt medici me posse uiuere,

Quod & per se mihi accidit grauissimum,

Tum quod linguenda sunt que habeo charissima.

Tum quod & alicui mundi huius compaginem

Solisq; iubar aspicere cernis homines amant.

PA. Verum dicis. MER. Aliud tamen huic gra-  
uissimo

Gravius accedit. PA. Quid grauius esse q̄at haud

Video. ME. Tu hercule nihil uides si hoc nō uides

PA. Quid nā? ME. peccatorum grauior est sarcina.

PA. Nequaquā. Siquidem ego incedo leuissime,

Quum etiam in peccatorum uolutabro heream.

MER. Fortasse

SECUNDVS

MER. Fortesse nulla te agit conscientia?  
 Neq; tuorum scelerum conspexisti codicem?  
 PA. Quam conscientiam, quemue mihi codicem  
 Narras? MER. Rogas? PA. Puer mihi narrauit tu  
 Ad te quidem introductam conscientiam, (us  
 Sed ignoro qualis sit illa bestia.  
 Peccatorum ego nunquam conscripsi codicem,  
 Ita ne per diligentem scripisti tua?  
 MER. Hei misero mihi. Vae capiti tuo et inertie.  
 PA. Maledicis mihi pastori? ME. Da ueniam rogo.  
 Solent languentes esse morosi. PA. Sentio.  
 MER. Res est, ut dixi. Accessit morbo corporis,  
 Grauior infirmitas animi et angustia.  
 Simul ac me scelerum admonuit conscientia:  
 Eam tametsi cupiam nequeo uincere  
 Vt aut taceat aut abeat, nec molestie  
 Quidquam addat corporis grauibus doloribus:  
 Sed illa lecto adherens nunquam desinit  
 Et scelera obijcere et iram canere iudicis:  
 PA. Vbi est illa locorum? MER. Hic in sponda:  
 Non uides? (tror  
 PA. Non edepol. ME. Nihil te hercle uidere arbi-  
 Qui tam manifesta non uideas. PA. Que non adest,  
 Qui uideam: ME. Bone deus, adest. Vt inam uero sit  
 Quod predicat, non adsit, nec me exterreat.



A C T V S:

Absterge oculos. PA. Nihil est uicij. Abstergam  
tamen.

MER. Vides? Huc aspice. PA. Nondum. MER.  
Age age iterum atq; iterum

Absterge. PA. Non uideo etiam si millies

Abstergam. MER. Mira hercle est tua cœcitas.  
Vide an

Ophthalmia aut labores lippitudine:

PA. Quàm tu (malum) mihi narras lippitudi-  
nem?

Nihil est uicij. Sed tu nunc me ludos facis.

ME: Nō facio neq; decet, neq; ita accipias rogo.  
Sed amabo te, dic ueritatem, non uides?

PA. Non hercle quenquam nisi te. Conscientiam  
Quam ais, non uideo neq; uidere adeo uolo.

MER. Esto, Faxit Deus ut ista à te cœcitas

In tempore auferatur, ne simili modo

Eam mecum in supremis tandem sentias.

Certe equidem ego te huc aduersus Conscientiam

Accersiui aduocatum, ut quidquid hæc mihi

Criminis obijceret, consilio & prudentia id

Tua dilueretur, & internus premeretur dolor:

PA. Facile id quidem potest fieri, obijciat modo.

MER. Sed tu hanc non cernis. PA. Quid facias?

Si uere adest,

Verba

SECUNDVS.

Verba faciat, tum facile illi os compressero.

CON. Scilicet. MER. Audis nunc illam? PA.

Audio. PA. Quid est

Præstigiatrix, quòd ades & te non conspicio:

CON. Tu alienam uideas, qui tuam ipsius haud  
uides?

PA. Quid tu Mercatori huic uiro integerrimo

Molestas es? Cur illum trudas in angustiam?

CON. Quia lubet. PA. Cur non discedis: Cur  
non taces?

CON. Quia non lubet. PA. Aedepol te ego ma-  
liorem malam

Arbitror. CO. at ego te nil mētis habere arbitror

MER. Audis profecto quod procax sit et impudens.

PA. Nō mirū hercule si hæc tibi negociū exhibet:

Sed bono animo es. Discedet à te mea opera,

MER. Vtinā hoc fieri possit. PA. Cōfide tu modo:

Et audiens sis dicto. MER. Quid uis præcipe,

In me quidem nulla erit ad parcendum mora.

PA. Primum tua mihi confitere crimina.

Vt absolutus prouideare de in sacris

Tum certe nihil habebit conscientia

Quod obijciat. MER. Opumū erit. Et parebitur.

Aures arrige. CON. Fortasse hunc tu asinum esse

autumas?

A C T V S:

PA: *Compesce linguam mulier. MER: Per sacra  
te omnia*

*Obtestor, paulisper taceas, in aurem huic  
Donec pauilla quaedam denarrauero.*

PA. *Audacter narra ἀγχι σχῶν κεφαλῆν*  
MER. *Domine mi*

*Colende, Confiteor tibi me esse maximum  
Peccatorem & transgressorem legis Dei.  
Verbis, factis & cogitationibus,  
Non credidisse, quod quantumq; debui:  
Et impium absq; me: u operatum esse scelera.  
Furem, raptorem, scortatorem, adulterum,  
Homicidam, quadruplatorem, ueneficum,  
Mendacem, perfidum, sacrilegum, matris &  
Patris contemptorem, periurum, publici  
Fraudatorem, decoctoremq; proprij,  
Et ut summatim dicam, scelerum antistitem  
Me confiteor fuisse, quorum me pudet  
Iam & poenitet. Et propterea in animi angustijs  
Versor iugiter. His semper conscientia  
Me excruciat, & Satanas ad inferos trahit.  
Nec aliter cor peccata prae grauant meum  
Quam si impositum feram Taurum cum Caucaſo:  
Quare si quid potes consilio subueni,  
Solue à peccatis, aufer iudicis metum,*  
*Compesce*

SECUNDVS.

Compeſce Conſcientiam, Satanam abige:

SA. Pappax. PA. En præ metu uenter tibi murrat.

MER. Non ô bone, ſed eſt aliud uicinum malum:

PA. Haud ab re. Nã es peccator hercle maximus,

Nec ullum mortalem tot tantaq; crimina

Designaſſe audiui. Quia tamen poſtulas

Solutionem, & inferorum Principem

Metuis, mea eris (tantum crede) ſolutus opera.

SA. Pappax. PA. Tu podici imperare non potes.

MER. Poſſum Hercle, ſed alius eſt qui nos ludia

briohabet.

PA. Alius fortaffe qui a te inuito murrurat.

Sed reſponde. Ecquid etiam habes operis boni?

MER. Recte mihi in memoriã redigis bona opera

Que dudum peccatorum præformidine (ra-

Euanuerant omnia. Sunt equidem plurima.

PA. Quenam? MER. Eleemoſynæ pauperibus

datæ, preces,

Afflictiones corporis, ieiunia,

Templorum, concionumq; frequentatio,

PA. Iſthæc tene. Hinc ſiquidem conſiciuntur mon-

rita. Quid

Deinde? Ecquid bene feciſti unquam eccleſijs?

MER. Feci, altaria conſtruxi, ornatum tradidi,

ACTVS.

Binos donavi calices, candelis meis  
 Totum quotannis templum pellucet quater:  
 PA. Euge, his licebit factis cœlum scandere.  
 CON. Scilicet, PA. Hem quid? Nō credis? MER.  
 Quid ni credam ego?  
 PA. Putabam te non credere tuo scilicet:  
 Ecquos habes patronos ex cœlestibus?  
 MER. Franciscū, quod et ille olim Mercator fuit:  
 Et Bartholomœum, eo quod unus diuitum.  
 CON. Cur non & Iudā, qui unus fuit ex furibus?  
 PA. Noli tu quidquā auscultare huic ueneficæ.  
 Bellos patronos obtines. Illis tuam  
 Audacter causam, teq; totum dedito.  
 Nunquā ne iūsti quoquā peregrinatum? Et hoc  
 Ad peccatorum ueniam permultum ualet,  
 MER. Nunquā quoquā hercle religiōis gratiā, ut  
 Sæpe ad mercatum, & si diutius mihi  
 In uicinis esse liceret, non illud etiam  
 Neglectum pietatis opus prætermitterem,  
 PA. Spondes igitur si conualueris denuo?  
 MER. Spōdeo. PA. Quid autē morti si cōcesseris?  
 MER. Tū scis me nō posse: PA. Imo maxie potes  
 MER: Quo pacto: PA: Conduc qui tua pecunia  
 Eant, quod tibi coram Deo imputabitur,  
 Verinde quasi tutum et omnia perfeceris,

Quasi

SECUNDVS.

CON. Quasi. ME. Hoc negare uidetur cōsciētia.

PA. Pergis huic auscultare quidquā pessimē?

Mihi crede, mihi tua erit cōmissa anima, modo

Sufficientem ad res hasce des pecuniam.

MER. Nū tantisper mihi erit manendū in inferis

Donec, si quam mandāro, peregrinatio

Sit absoluta? PA. Iudicij diem pete

Aliquantisper differri ut absolui queat.

MER. At quid, si noluerit iudex annuere? Nā &

Edicto sum iussus adesse peremptorio:

PA. Nihil erit, crede duntaxat, periculi.

Ego animā pro te ausim meam dare pignori. re)

SA. Papapappax. PA. Audes dictis his oppede=

ME. Nō hercle ego, sed Satanā iā oppedit tertium

PA. More oim facis, qui si quid haud probe

Cecidit, non semet sed Satanam accusant. Volo

Scire, an uerbis meis quidquā fidei habeas?

ME. Cur nō queso, quū te huc ad me uocauerim?

Dic quas nam peregrinationes approbas?

PA. Hierosolymis, Romæ & Compostelle oim

Magnorum quamuis criminum est remissio.

MER. A in tu? PA. Nihil habeas hoc certo certius

MER. O me miserum, qui per tot terras mariaq̄

Volitau, nec ea unquam loca adire contigit,

Peccatorum in quibus est condita remissio:

ACTVS.

PA: Non te adflictes propterea. Da pecuniam,  
Ego conducam qui illuc tuo eant nomine. (nias)

MER. Si quidem ita uis. Sed quanta opus est pecu-

PA. Romam quinquaginta, Compostellam dato  
Ducentos, Hierosolymam quingentos aureos.

MER. Dabo tantummodo certa sit remissio.

PA. Certissima ne dubites. Deinde ecquas tibi  
Vnquam numus redemisti indulgentias?

MER. Illarum mihi plenum est marsupium litteris.

PA. Proferto. MER. Ecce. PA. Oh, satis iam con-  
tra demones

Munitus es. Non est quod metuas ab inferis.

MER. Putasne? PA. Proxime iam ex praedictis om-  
Satis efficax tibi temperabo poculum, (mnibus

Tecum absoluiam. ME. Bene. PA. Dilatato guttore  
Totum hoc exorbeto. Quae fecisti omnia.

Bona opera, aut que alius pro te aliquis facturis  
Et peregrinationes & ieiunia, (est)

Preces, elemosynae, calices, altaria,

Vestes sacrae, templorumque frequentatio,

Candelarum multarum procuratio,

Orationes patronorum atque merita,

Diplomata pontificis & indulgentiae,

Mala que perpessus es, & posthac passurus es,

In crimum tuorum cedant omnia

Remissio

SECUNDVS.

Remissionem. His te absolutum credito.

MER. Facile credidero, si non conscientia

Contradixerit. PA. Hem si sapis, haud morabere

Huius tu contradictionem. MER. Volo quidem

Facere ita ut dicis, sed quo pacto nescio

Vsq; adeo meum animum istius dicta feriunt.

PA. Non hinc faceſſis tandem Conscientia?

CON. Non dum bone uir. PA. Quid ita? Hic la

men absolutus est.

CON. Ita, ut splendet qui lotus est carbonibus.

PA. Ego te mulier aliqua credo infectam haeresis.

Que clauibus audes Papae contradicere.

Nunquid habes aliquid huic obijcere criminis?

CON. Eadem que prius habeo omnia. PA.

Quid igitur ais?

CON. Aio hunc eterno obnoxium esse incendio,

Neq; bona ulla spe posse adire iudicem.

ME. Audis nunc, ut caeli ex supremo uertice,

Me ad inferos retrorsum praecipitem trahat?

PA. Non cures. Respice in bona dum axat opera

Atq; patronis salutem commendes tuam.

Si me audis, non tanti huius facies uerbula.

ME. Si possim. Cerberi latratus mauelim

Quam uerba istius audire aduersantia.

PA. Nimis formidolosus es. Ecquid melius scis



ACTVS.

Cor habet ex potione? ME. Nil quod sentiam.  
 Venter quidem mirū in modum turget, quasi  
 Quiddam biberim uenenis peius Colchicis,  
 Bonorum opinor esse operum fiduciam,

CON: Ea tu iam recta perges ad tartara,

PA: Imo ad cœlum nugatrix. Nunc intelligo

Te hærescos infectam lepra, quum reijcis  
 Simul & opera bona & operum fiduciam,

CON. Ex nullis factis peccatorum huic prouenit  
 Remissio, quum in iussis reus sit omnibus,

PA: Age age clarius ostende, quàm hæretica sies.

CON: Dedit ex furto quæ dedit, orauit impie, &  
 Fuit impietas cunctorum operum semper comes,  
 Fallit igitur omnis horum operum fiducia,  
 Et altius perpetuis uritur ignibus:

Quapropter & hic ibit ad acherontis terminos.  
 ME: Vah mihi, ut hæc semper Acherontem atq;  
 tartara

Occinit. Age queso Paroche, & hanc melioribus  
 Aut dictis au: factis abige quantum potes,

PA: Vah, quod ego hanc sceleratam non cerno,  
 ut hoc libro

Dentibus illi excussis, exemplum cæteris  
 Dærem, ne doctrinæ obstreperent Papiistica,

CO: Libris pugna, quādo quidē uerbis nō potes:

PA: Caue

SECUNDVS

PA. Cæue etiã atq; etiã Mercator, ut aliquid huic  
 Credas, Heretica est, ne & tu in heresim incidas  
 Experiar certe an illi os isthuc impudens  
 Queat obstrui. Dic ueritatem, & audiens  
 Sis dicto. Post mortem quid uis fieri tibi?

ME. Sepeliri. PA. Non isthuc rogo. Sed num  
 quas dein

Missas, psalteria, uigilias, & funebres  
 Pompas in testamento caueris tibi?

ME. Non: neq; enim huc usq; testamentũ cõdidi.  
 Condam autem consilio adiutus tuo. PA. Probe.

Placet igitur (quo quiescat Conscientia)  
 Vt ita condas. ME. Ausculto. PA. Primũ ecclesiã

Sacerdotale & opimum munus tradito, ut  
 Per illud perpetuo hinc tua uiuat memoria.

Cui illud obtigerit, in missis omnibus  
 Pro te sacrificabit & exorabit Deum:

Deinde, omnes monachorum et cerdonũ ordines,  
 Rectores ludorum, & caterua clerica,

Te ad bustum cernui comitentur, lugubre  
 Quid occinentes, quo & manes flecti queant.

Illis fac drachma dispensetur singulis.  
 Præterea, sub sacro quod pro te agetur, in

Egenos singulos fac argenti uncia  
 Distribuatur, & ulnæ quadraginta boni

## ACTVS

Panni in feretro spem & nudital em pauperum  
 Leuent. Sacrificanti mihi pro te, quindecim  
 Ad altare offerantur aurei probi,  
 Similia septimo die & tricesimo  
 Fiant. Interea per monasteria quoq;  
 Tuæ salutis habeatur ratio. Neq;  
 Psalteria centum, aut Missas bis totidem putes  
 Nimum esse. Non hic parcendum est pecuniæ,  
 Vbi pretiose animæ conquiritur salus.  
 His factis, crede mihi, uel Iudas uel Nero  
 Vel alius qui spiam nebulosissimus  
 Ex inferis supremum cœli uerticem  
 Peteret. MER. Sed plurimis opus est pecunijs,  
 Quas heredes ægre sibi decidi ferent.  
 PA. Nulla tibi sit heredium cura. Tuas res age.  
 Quas, dixi, res in testamentum condico  
 Quod nullus rite factam audebit carpere.  
 MER. Quare salutem consequuntur pauperes,  
 Quorum tota supellex uix aureis decent  
 Diuendi possit, neq; tamen interim minus  
 Peccant, sed in flagicijs herent maximis?  
 PA. Non hercle ausim illorum tibi promittere  
 Salutem. Nam quum debeant quam plurimum  
 Nec sint soluendo, traduntur tortoribus,  
 Donec nouissimum quadrantem soluerint:

Omnia

SECUNDVS

Omni autem habenti dabitur, quod ita intellige  
 Vita æterna dabitur habenti pecuniam.

Quare & salus tibi tua est certissima.

SA. Pappax. PA. Tuis uisceribus m'esciat  
 Deus,

Ex quibus ita clara promissis toties tonitrua.

Itane h. n. stas meam & operam & presentiam?

Si sic pergis abiero. ME. Rogo te plurimum

Parochæ, ne quidquam horum mihi imputes, neq;

Abras. Certissimè enim Satanas tenet haud ego?

PA. Fortasse illum in ra uiscera conclusum geris?

ME. Bona uerba. m'ò istic sedet in angulo uidentè

PA. Aufer istas nugas, simul & hosce crepius,

Nisi in medijs relinqui uis doloribus.

MER? V inã Satana queam imperare, ne crepet

Sed in barathrum abeat suo cum podice.

PA. Deliras hercle, qui ipse maledicas tibi.

Quare æquo animo tuam hanc stram impudentiã

S. diam redi ad te, & audi si uis reliqua,

ME. Hic sum, loqre. PA. Salus tua est certissima

Propter magnam numorum multitudinem.

Si quidem eos, ut iam dixi, dispensaueris.

Quantum etiam pro salute dederis, optime

Datum est, nec te eius capiet pœnitentia,

MER. Non poteru hercle, si quidẽ certa est salus

ACTVS

Sed uereor non nihil, ne delicta nequeant  
Pecunijs redimi, apud illum maxime,  
Bonis qui nullis nec pecunijs eget.

PA. Possūt, crede mihi. CO. Præsertim te iudice,  
Sed non apud Deū. ME. Audis, hæc ut pernegetis?

PA. Si quid huic pergis credere, te ad insaniam  
Cito rediget. Ecquid aliud habes, quo soluere  
Tanta queas debita? ME. Nihil. PA. Ecce:

Quomodo

Igitur sperare potes, ne sis in carcerem  
Trudendus, atq; tradendus tortoribus?

ME. Nullo modo. PA. Ecce. Ecquam nosti ad  
cælum uiam?

ME. Nullam. PA. Ecce. ME. Sed huius te  
accersiui gratia, ut

Ostenderes que ignoro. PA. Recte. Sed mihi  
Docenti & ostendenti non uis credere,

Quñ hoc tamē omnes discentes facere oporteat.  
ME. Credam profecto, si quidem hanc deuiceris.

Et cor latum reddideris ex angustia:

PA. Fiet. Sed & interim mihi credi uolo.

Condito testamentum ita ut dixi. Vis condere?

ME. Volo. PA. Iam ego ex Missis & psalmi  
terijs, & ex

Cunctis bonis operibus que prædicta sunt,

Cor. 16

SECUNDVS

*Cordi salubria conficiam catapotia,  
Vt melius habeas, nec te Conscientia  
Diuxet miserū.* ME. *Propera igitur quātū potes*

*Nam ex potione nihil sentio leuaminis.*

PA. *Confide. Singulatim quodq; glutias,  
Comprime nunc os & acetum naribus admoue:  
Ne nauseas. istuc magnopere proderit.*

*Ecquid tandem sentis?* ME. *Me planè perditum.*

PA. *Quid, Perditum? Nil operantur catapotia?  
MER. Multum & depol. PA. Euge, sciebam isthuc  
antea.*

ME. *Nam pristinis malis adiiciunt noua: PA.  
Hem noua?*

ME. *Ita inquam. PA. Nō dilatatur tibi corculum?*

ME. *Nō Sed uenter mirū in modum protēditur,*

*Quasi morbo intercute laborem. PA. Non est  
malum hoc,*

MER. *Non. Si quidem perire bonum est. PA.  
Quid hominis es?*

*Si appensus fueris in statera, te duplo*

*Hinc scito fore grauiorē. CON. Vt eo facilius &*

*Ocyus ad inferorum centrum peruees,*

PA. *Quid gannis propudium. Imò ut operibus  
bonis*

*Peccata uincat, & rectà in cœlum uolet:*

ACTVS

CON. Quo nam modo ita uolabit uentriosus, &  
Graui depressus peccatorum pondere?

PA. At à peccatis est solutus mea opera,

CON. At tua opera immersus peccatis est nouis.

ME. Heu me miserū, quàm me istius dicta perimūt

PA. Deus te perdat conscientia, quæ mihi

Inauditum prius exhibes negocium,

ME. Arte tua (ut uideo) istac opprimere nō potes

Quantumuis animarum te medicum prædices.

PA. Video quid sit, Mouendus est omnis lapis,

Et ad sacram tandem confugiendum anchoram.

MER. Sacra & profhana queso profer ennia.

Tantum ut quiescat hæc, & cor angustijs

Soluatur. Accipies quidquid poposceris,

PA. Ne diffidas. Sed te iam ad sacra præpares:

Corpus domini Iesu Christi, custodiat

Te in uitam æternam. iam nunc Conscientia

Si quid potest, obijciat. ME. Ne extimules rogo:

CO. Cur nō huic Paroche porrigis & sanguinē?

Cur quæ coniunxit Christus, tu discer pere

Audes? Cur non huic sacrum das integrum.

Quia hic ita male de te meritus, ut reum

Faceres, atq; etiam sacrilegio inuolueres?

PA. Quid tibi (malum) mulier isthæc curatio est?

Priscorum patrum sanxit hoc autoritas,

SECUNDVS

Ut populo detur corpus absq; sanguine,  
Ne sanguinem male cauta plebs effunderet.

Ei istuc factum tu sacrilegium uocas?

CON. Sacrilegos patres qui sanxerūt, nec minus

Qui factum hoc peruicaciter defensitant,

Sanctis plus una Christi ualet autoritas,

Quam si sexcenti patres afferrent suam.

ME. Nonne loquacem dixi tibi esse hanc plus satis

Etiamsi nullus extimules. PA. Nonne & tibi

Dixi, hanc esse hæreticam, ut caueres sedulo

Ne te seduceret. Si soli crederes

Mihi, iam pridem emerfisses ex angustijs.

ME. Soli credam, si solus uera dixeris.

Nam ueritate opus est in iudicio mihi,

In quo aut uincere continget aut succumbere:

PA. Quasi nō semper tibi dixerim uerissima:

Non est meum mentiri aut fallere quempiam.

Qualem si me non censes, quid tempus tero?

ME. Ego uero talem te esse reor, nisi quod nihil

Propter tuam melius habeo præsentiam,

Aut uim occultas tuam, aut me Conscientiæ

Satanæq; prodis, de te sperantem secus.

PA. Quid ais? Non occulto quidquā, nec prodo te

Omnes salutis tibi commonstrauī uias,

Quas quidē & ipse irem atq; meo ostēdere patri



## ACTVS

CON. Fortassis & tuum seducturus patrem?  
Cæcus cæcis haud rectas ostendit uias.

PA. An tunc cæcum existimas uenefica?

CON. Tyrestia cæctorem. PA. Væ capiti tuo?

CON. Tuo inquam, cuius hic frustratur opera.

Nec mirum hercule, sic agis omnia præpostere,  
Ad uincendum uocatus es. sed uinceris,

Ad soluendum, sed magis atq; magis colligas.

Ad monstrandam ad cælum uiam, sed hæc tua

Monstratio directe deducit ad inferos.

Quare etiam hic tua opera obijcietur Cerbero.

ME: Audis te nil proficere, nec me liberum

Esse à peccatis, sed fore escam Cerberi?

Heu quàm patentes Orci fauces conspicio.

Quàm abiectum esse à Deo. Quàm me iræ iudicis

Obnoxium. Te parochæ rogo, oro & obsecro,

Si nil uales aduersus Conscientiam,

Ne me perpetuo agat reum, saltem mihi

Peccatorum auferas pondus grauisimum,

Ut respirare queam. PA. Abstuli equidem & au-

fero. CON. Ut

Qui plumbū imponit capiti. ME. Ne micā quidē

A pondere ablatam sentio. PA. Culpa est tua

Non mea. ME. Quo pacto? PA. Cur tu hereticus

huic magis

Credis

SECUNDVS

Credis quàm mihi? ME. Quia ueriora dicere  
 Videtur. PA. Quì sic? ME. Dicit, quæ ipsares  
 probat,

Reum damnatumq; asserit, ita sentio,  
 Tudicis quæ nec fiunt nec fieri queunt,  
 Reclamatq; tuis dictis internus dolor.  
 Quin etiam ex potione tua & catapotijs,  
 Monstrosus uentris tantum succreuit tumor,  
 Superciliaq; (frustra uereor) se erigunt.

PA. Vnum restat sacrum, quo accepto non reor  
 Te peccatis ultra pressum iri. ME, quid sacri est

PA. Extrema à patribus nominatur unctio  
 Qua sancto infirmi unguuntur oleo in criminum  
 Remissionem. ME: Scio iam quale sit sacrum.

Sed eo nihil mihi est opus. PA. Hem quid audio?  
 Spernis sacrum hoc? ME. Non equidem sperno,  
 sed mihi

Iam nullus huius usus est. PA. Quamobrè ais?

MER. Ad iudicium uocatus sum, uir optime,  
 Non in palestram, quare causidicus mihi

Potius quàm aliptes conquirendus est. PA: Parè  
 Abest, quin de hæresi mihi suspectus sies.

ME. Ut res est loquor. Animæ certamen imminet  
 Non corporis, quæ mobrem inungi nil moror,

PA. Caue sis, ut malis te opinionibus

A C T V S

Commacules, quum & alioqui res tua uermibus  
 Scateat. ME. Istuc meis iam rogo doloribus  
 Dones. Verbo si quid consolatorio  
 Scripturifue potes, profer, audiam lubens,  
 Dolor ut uel leniatur, si tolli nequit.  
 PA. Dicenda quæ sunt, omnia iam dixi tibi,  
 Nec mirari satis possum, quæ causa sit  
 Cur circa te usq; adeo nihil profecerim.  
 Consului (crede mihi) permultis hæctenus,  
 Nec est inuentus dicta qui refelleret.  
 Nec qui quereretur se per me instructum male,  
 Nescio quid de te suspicer. Num criminis  
 Quid oblitus es fateri? Fac reminiscere.  
 Siquidem haud iuuat nisi integra sit confessio,  
 Vah, iam recordor, Peccatorum capita tu  
 Duntaxat narraſti sine circumstantiis.  
 Scis ita factū? ME. Scio. PA. Quin tu ergo denuo  
 Adhibitis confiteris circumstantiis?  
 ME. Nō possum hercle meminisse circumstantias.  
 Quoties, aut ubi, quibus cum, quando, quomodo,  
 Ceteræue quæ uos curiosi queritis.  
 PA. Cura est non pœnitenda, sine qua criminum  
 Plena haud potest remissio contingere.  
 Quare haud est mirūm, si non absolutus es,  
 Nec cordis excludi potuit angustia,

ME.

SECUNDVS

MER. Isthuc ergo in causa est? PA. Omnino. ME.

Quid igitur

Faciam? PA. Vt dixi, fatere circumstantias.

ME. Quid si nō possū? PA. Nō etiā absolui potes.

ME. Disperij oppido, quandoquidem ad impossi-  
bile mi

Salus redigitur. PA. Non animum despondeas,

Recordare. ME. Ah quid agam? Memoria mi-  
nuitur,

Tempus proximat ad præstitutum terminum.

Hem, quid si quas requiris circumstantias

In scriptis uideas? PA. Idem erit, ac si memoriter

Mihi sint recitatae. ME. Rursus in spem uenio,

Age ergo à Satana postulato codicem,

Illinc amplius erue si quid desideras.

PA. Quem tu Satanam, quemue mihi narras  
codicem?

ME. Rogas? Non tu uides Satanam hic in angulo?

PA. Nunc tu quidem nugas garris aut somnias,

ME. Non somnio, nec cum nugis mihi negoci-  
um est

Sed certe Satanas illic sedet, & codicem

Erratorum meorum gestans omnium,

Et expectans animam ut deferat ad inferos.

PA. Deliras me hercle Mercator, & inanibus

## ACTVS

Agitaris spectris. ME. Utinam sint inania  
 Que uideo. Sed que sote, num tu non uides.  
 PA. Nisi te profecto neminē. ME. Nec, hactenus  
 Que toties est locuta Conscientiam  
 Vides? PA. Non. ME. Audiuisti certe. PA.  
 Etiam. ME. Haud secus  
 Et Satanas, quem non perspicis, adest, & etiam  
 illum audiuisti, PA. Audui? Quid locutus est?  
 ME. Nihil ille uerborum, sed oppedit quater.  
 Propter quod factum me increpabas. Vnde iam  
 Intelligo te Satanam non uidisse. Sed  
 Obsecro, ab illo accipias uolumen, & legas  
 Quas quæris circumstantias, mea in quibus  
 Suprema salus uertitur. PA. Omnino tu breui ad  
 Insaniam me rediges, ut neq; uideam  
 Neq; audiam. Aufer nugas & ludibria. Dic  
 Verum: Nunquid adest ille? ME. Adest uerissime.  
 Sanctissimum, si uis, iusiurandum dabo.  
 PA. Vbinam? ME. In illo angulo, nos false pera  
 petim  
 Deridens. PA. Et peccatorum tuorum habet  
 Scriptum uolumen? ME. Habet. Sed uereor ne tibi  
 Illud non traditurus sit. PA. Si uere adest,  
 Volumenq; habet, ultro si non uult (me uide)  
 Cogetur dare per uim. ME. O si. Tum facile etiam  
 Scripta

SECUNDVS

Scripta inuito delere posses omnia:

PA. Illuc rem deducā. ME. Sed unde hanc uim tibi

PA. Ne sis sollicitus. Huc æditue adfero aquam,

Et ramos aliquot consecratos arborum

Adurito, & suffium facito celeriter.

Recte. Iam nunc aquam in hunc aspergito angulū

SA. Pappax. ME. Audis adesse? PA. Vah totus

horreo.

Quintu aspergis iterum? SA. Pappax: PA: Et

tertium

Asperge. SA. Papa pappax. PA, Magnum certe

hoc malum est,

Te etiam ludos facit & habet despectui,

Mihi aspergillum cedo. SA. Pappax. PA. Num

& mihi

Maledicte audes oppedere? Ecce isthuc tibi.

SA. Pappax. ME. Et te, q; uideo, nō magni facit,

PA. Ferox est iam, sed sentiet qui uir siem.

Hem Satana, cur non hinc faceſſis ad inferos?

SA. Pappax. PA. ut te fodiant corui à torrētibus

Cum isthoc tuo Pappax. Quid uelit intelligo,

Exorcismis opus est. ME. Age age quidquid

potes,

PA. Exorcizo te Satana ut mihi respondeas.

SA. Pappax. PA. Ecquod ius hic tibi aut negoci-

um est?

ACTVS

SA. Pappax. PA. Hunc à peccatis mundum esse  
affero,

SA. Pappax. PA. Negas? Cur tu ergo non mihi  
codicem

Tradis, ut absoluat<sup>ur</sup> etiam apud te, sicuti  
iam dudum est absolutus apud superos, bonis  
Ex operibus & sanctissimi diplomatis?

SA. Pappax. PA. Exortizo te ut abeas, codice

Mihi relicto. SA. Pappax. PA. Num uis uiderier  
Aduersus exorcismos esse coniumax?

SA. Pappax. PA. Semper multumq; Pappax.  
Heus cito

Aeditue, omnem nostram cape suppellectilem,  
Vi abeamus. Nunquam me memini aliquè magis  
Vidisse perditum, atq; hic Mercator est,  
Apud quem furi e, cunctiq; cacodæmones  
Totos tam ceruicose desident dies,  
Vi sacris nec rebus nec uerbis pareant.

ME. Heus Paroche, quid agis? Tunc uir est eius  
modi

Qui g<sup>o</sup> t<sup>o</sup> t<sup>o</sup> sit propter uentris tonitruat<sup>us</sup>  
Mane obccro. PA. Temet curato iam uale,

ME. Neme relinquis ante peractam fabulam.

PA. Peragat alius, nullum est mihi hic uadimon-  
ium,

ME.

SECUNDVS

ME. Vbi est nunc, qui promittebat se suam animã

Pro me daturum pignori? PA. Certissima

Satanæ præda es propter peccata plurima.

Is te obfirmato hercule præstolatur animo:

ME. Et hanc mihi consolationem prædicas?

PA. Etiam. Vale. Tu perge, quid cessas? Sequar,

ME. Abi, ut fractis cruribus, in crastinum sinus

Ad inferos descendas. Iam iam funditus

Interij. O me ter & quater miserimum.

Cui in cunctis auxiliij nil est hominibus.

Satanas obseruat, uexat conscientia,

Tantum superest locũ ut mihi querã apud inferos

SA. Recte profecto hæc orditur tibi cantio.

Ecquid nunc speras? Ecqua alia præsidia habes?

Me bellatorem strenuum, qui podice

Ductores in quos sperabas deuicerim,

Sed quando abierunt, & me abire tempus est.

Tu hunc interea exerceto & seruato probe,

Ne quis callidus è manibus eum eximat meis:

Audis quæ dico? CON. Audio. SA. Curato

ergo. Statim

Ego perfectis quæ restant reuertar huc.

CHORVS.



## ACTVS

Ille ter prorsus miser est quaterq;  
 Cui salus & spes tenues in auras  
 Cedit edocto male sana tantum

Dogmata Papæ.

Is suis stulte meritis superbit,  
 Immemor casus ue teris gygantum,  
 Se sua credens probitate cœlum  
 Scandere posse.

Tendit huc vires animiq; totos  
 Impetus per se ut placeat, satisq;  
 Legibus cunctis faciat nihilq;

Viribus obstet:

Si uidet nondum satis esse factum  
 Mox novos cultus operumq; uanas  
 Cogitat formas quibus absq; uerbo  
 Diluat iram,

Querit & numis opibusq; frustra,  
 Debitas prauis superare pœnas,  
 Et uelut iustus nihil extimere  
 Iudicis iram.

Sole sed postquam tenebris remotis,  
 Cernitur rectum simul atq; prauum,  
 Tum tumor fictus speciesq; recti  
 Soluitur omnis.

Et grauis tantum manet ira iusti

## SECUNDVS

Iudicis, qui non operum mouetur  
Cautus aspectu, posita sed urget  
Inuima legis.

Quo licet nullis penetrare factis.  
Congrui cedit celebrisq; falsi  
Fama condigni, percunq; quos non

Gratia seruat.  
Iussa si legis faceremus, atq;  
In Dei uerbo stabilis foret mens,  
Nec tamen nostris sequeretur ulla  
Gloria factis.

Iam reos quum lex agat uniuersos,  
Inq; diuersum caro flectat haerens,  
Nullus ex factis alijs salutem  
Adfore speret.  
Christus est finis positus salutis  
Solutus & legis colophon fideli  
Absq; quo non hoc bene facta profunt  
Totius orbis.

## ACTVS TERTIVS

CHRISTVS: PAVLVS.

**I**N terras tibi erit eundum Paule. Accingere:  
PA. Quamobrem? CH. Dicam. Mercator  
quidam inferis

## ACTVS

Propinquat peccatorum pressus pondere,  
 Illud decretum est reuocare, ut cœlestibus  
 Iungatur potius. Oportet ergo eum instrui  
 Dum in uiuis est, & sana doctrina & fide,

Queratur Satanas ne quam uim fieri sibi.  
 Ut quod iustum est iuste exequatur scilicet.

PA. Rectū isthuc. Sed quid illuc me mitti & opus

Quasi non regnet doctorum ubiq; copia,  
 Nihilq; uigilent aut curent Episcopi?

CH. Episcopi opes curāt, equos, scoria & canes,  
 Cum doctrina nullum illis est commercium.

At doctorum ora questum sapiunt omnium.

Quos nugatores quàm doctores uerius  
 Ducas, ita Papatus peruertit omnia.

PA. Hem Papatus, quod istuc animantis genus?

CH. Sedes est Antichristi & Babylonis γόυτ.

Ab huius doctoribus & ille doctus est,

Nimirum quo solertius petat inferos,  
 Secumq; ad iudicium humanas sordes ferat,

Opus est ergo ut aliter instituat, si modo  
 Dignus (ut in fatis est) nostro consortio,

Sit habendus. Quare abi, & ut nosti illū perdoce

PA. Magnam magister est negocium, malis  
 Per omnem ætatem imbuios doctrinis, & in  
 Paternis usq; inueteratos uestigijs,

Persuum

TERTIVS

Persuadere ut dediscant funditus omnia, &  
Doctrinis aures præbeant melioribus.

CH. Scio. Quare meo illum afflabo spiritu,  
Ne aut desperet, doctrinamue tuam respuat.

PA. Oportet prorsus. Nam isthoc aut tempore  
εὐλιποῦ φαχὺ λὸν quoddã uiuere hoim genus:

CH. Ita est. Sed abi. PA. Solus ne? CH: Ut uis:  
Aut si lubet

Cosmas medicus te comitetur. PA. Suades probe:  
Is per quã uilis erit ad ministerium mihi.

Vah, quod serè oblitus eram, Vbi habitat ille, quẽ  
Ais, mercator? ne errandum sit hospiti,

CH. Accede huc. Amplã illã in foro illoc nũ uides  
Domum? PA. Nondum. CH. Indicem obserua.

Certe ostium  
Illud miniatum & apertum perspicis? PA. Etiã,

Nũ illic habet? CH. Tenes, Propera, nox imminet

SCENA SECUNDA

MERCATOR. CONSCIENTIA.

**N**e prorsus (intelligo) meũ in caput infimæ  
Et summa coniurãrunt, cui nihil est spei,

Nihil auxiliij, nil præsidij, nil remedij,  
Nihil salutis in creatis omnibus.

Opinione cicius terris auocor,

ACTVS

Opes relinquunt, compedibus uinctum est lucrū.  
 Medici uitam desperarunt meam. Interim  
 Corpus peste uritur, animus horret iudicem:  
 Peccata grauant, diuexat Conscientia.  
 Satanus oppedit me rapturus ad inferos,  
 Peccatorum meorum uincens codice.  
 Senio profecto quid sit esse perditum, &  
 Descendere ad inferos, & peccatis premi.  
 Parochus relicto me sub cultro perfidus  
 Fugit, dum se nil aduersus cacodæmonem  
 Perspexit posse. Quo me uortam nescio,  
 Quē implorē? Suppetiæ unde aut præsidia mihi?  
 Certe uideo desperandum esse fortiter  
 Nec hianti ore salutem quærendam à perdito.  
 At papæ, quàm lenis me afflauit spiritus,  
 Reuocor ex inferis, spesq; redit denuo,  
 Et excitatur animus ad orandum Deum.  
 Ad illum me conuertam, quandoquidem mihi  
 Omnes creaturæ negauerunt opem.  
 Hem, ut hæctenus nunquam Dei fui memor?  
 Certe sentio Dei me afflari spiritu.  
 Sed quid ad hoc tandem dicis Conscientia?  
 Num & à Deo nil esse auxiliij dicere  
 Audes? CON. Quî dicam, quum ille possit omnia  
 MER. Saluabor igitur? CO. Nō contradico, uelit  
 Modo,

TERTIVS

Modo. ME. Credo uelle. Nam me iussit spiritus  
Sperare. Peccatoris mortem haud uult Deus.

CON. Mutesco. Te saluo, saluabor & unà ego,

MER. Præstolabor proinde omnipotentis manū.

SCENA TERTIA.

COSMAS PAVLVS

Iussit ne magister? PA. Iussit. Quoties uis tibi  
Dici? Accipe pixides & alexipharmaca.  
Albi præserim hellebori tres sume uncias,  
CO. Cui rei tantum? PA. Præstat superesse quàm  
Dcesse. CO. Scio. PA. Age ergo occyus ut eamus  
hinc.

SCENA QVARTA:

MERCATOR. PAVLVS.

COSMAS. CONSCIENTIA

S Athanas abiit, quiescit Conscientia,  
Nec quisquã est, qui me peccatorũ cõmonet,  
Potic catapotiãq; partes agunt suas.  
Supercilia eriguntur, & ante oculos mihi  
Ingens bonorum operum obuersatur copia,  
Propter quæ etiam me afflatum spiritu autumo,

## ACTVS

Siquidem opera bona magni habentur ponderis  
 Apud Deum, nec pastor docuit perperam,  
 PA. He sunt ades, nisi forte intellexi male.  
 Ingrediamur, patent fores. CO. I prae sequar.  
 MER. Dictū Planudis esse uerum cerno, &  
 εὐ ποιεῖν ἀγαθῶν ὅτι πλῆρες ἐλπιδῶν.  
 Sed heu uultu me tristi Conscientia  
 Iterum aspicit, & Satanæ recordor codicis  
 At aliq; ingredi ur. PA. Salue Mercator. ME. O  
 Si possim. Sed qui estis, quidq; adfertis noui?  
 PA. Qui simus postea scies, iam hoc accipe,  
 Ad te peccatis atq; pestilentibus  
 Doctrinis pressum & irretitum uenimus  
 A Christo missi, qui est dignatus perditum  
 Te respicere. ME. Propter bona fortassis operat;  
 PA. Audis Cosma, quò nam iste teneatur malis?  
 CO. Satis quidem dictum est intelligentibus,  
 PA. Nequaquam Mercator, neq; isthuc sentias.  
 Gratuito te fauore ille atq; gratia  
 Respexit, quibus etiam in illo ipso scilicet,  
 Mundi ante constitutionem electus es.  
 Sed hoc agamus. Quia respexit te, adsumus,  
 V: cura & doctrina sana imbutus, iter ad  
 Coelum & coelestium teneas consortium.

MER.

TERTIVS

ME. Id percipio. PA. Primum autem isthuc  
scire uolumus

An intellectum nobis captiuum dare

Velis tuum, & nostro parere iussui,

ME. Quia à Christo uos aduenire dicitis

Non intellectum tantummodo uobis meum,

Interna sed & externa uobis omnia

Permitto. Curate & docete quodlibet,

Vt peccatorum me exoneretis sarcina,

Quibus crucior & diuexor in ferrime,

Et à Satana simul & à Conscientia,

Vt non longe absim ab inferorum faucibus.

Quidquid dixeritis strenue parebitur,

PA. Hūc animum etiam coelestis tibi dedit pater,

Neq; talem hominum superba tulerunt germina,

Neq; alioqui morbus, quo te animaduertimus

Teneri, in hanc deducit te sententiam.

Quia ergo Christo & nobis te tuacq; omnia

Permittis, tibi iam iam consultum credito.

Age primum quid doleat, & quid molestet

Sustineas, nobis diligenter explices.

Vnde sciamus quo sanari possis modo.

ME. Affligor peccatis, & iam alterum pedem

In cymba habeo Charonius, & me perditum

Agnosco. PA. Primum sanata is obtines



ACTVS

Gradum, quum peccatis te agnoscis perditum,  
Sed habes ne aliquid interni atq; latentis mali,  
Quod nostræ curæ atq; operæ aduersari queat?  
MER. Nil quod sciam. PA. Scrutare iterum atq;  
iterum. MER. Nihil

Quod sentiam, nisi quod sum semiperditus.  
PA. Cur tollis dimidium, neq; prorsus perditum  
Fateris, quod tamen fatebare antea?  
ME. Terrebar peccatorum multitudine  
Prius. Nam peccata quoties considero  
Inficiari haud queo me planè esse perditum.  
Quum autem occurrit, quod iussus sum sperare,  
tum in

Memoriam extemplo bona ueniunt opera mihi.  
Ex quibus omnino me perijisse haud dicere  
Ausim. Quippe Deus illa quum respexerit,  
Cur non mihi profutura credam plurimum,  
Et ad salutem & promerendam gratiam?

PA. Ille ipse morbus est, quo te animaduertimus  
Simulatq; sumus ingressi, occulte deprimi.

MER: Quò nam? PA. Latentis aliquid monstrè  
confues.

Et nescio qua tumes operum fiducia.

ME. Si isthuc est morbus, morbus est leuissimus,

PA. Imo (ne erres) grauissimus, ME. Nihil tamè  
Sentio

TERTIVS

Sentio. PA. Eores in maiori est discrimine.

Leniter & tacite serpit hoc malum, quo ad  
Concretum & roboratum corpus & animam

Perdit tandē. ME. Ita ne? PA. Nil est exploratius

Accede Cosma, & (ut scis) tactu arterias

Explora. CO. Hem nullus inest uitalis spiritus.

PA. Quid ais? CO. Rem ipsam. Vix nunc tandem  
lentissimus

Sentitur pulsus. PA. Propera ergo quantū potes.

CO. Seruasti ne urinam, ut de morbo certius

Posimus iudicare? ME. Non. CO. At iam cito

In uas quoddam uitreum cape, ME. Si quidem ita  
opus est

En hic habes: CO. Deum immortalem, quid malū

Video? Responde. Ecquam sumpsisti nuper ab

Indocto potionem? ME. Sumpsi, At qui dedit

Pulchre sibi uidebatur doctus. CO. Res probat.

Num deuorasti etiam catapotia? ME. Plurima.

CO. Cuius coloris erant? ME. A longe candida

Videbantur, sed qui propius inspexerat,

Recocta pice erant atriora: CO. Intellico,

Vrinæ prorsus iudicium accedit tuum.

Ecquid tibi intestina dolent? ME. Non admodum,

CO. Rigent uero erigunturq; supercilia? ME. Næ

Ita ut uix oculos possim claudere. CO. Ecce, quid

## ACTVS

Venter? Num intumuit? ME. Aliquantum. CO.

Sine uideam,

Huius aliquid hoc? Aut hodie eris puerpera  
Aut rumpere medius. Huc mihi tumorem inspicere  
Paule. PA. Est profecto ingens. Quo pacto perditis  
Tantum tibi libuit mali silentio

Tegere? ME. Quia nihil attulit celestia,  
Sed hoc tumore, dolorem cordis uincere

Me posse speravi. PA. Quasi oleo incendium  
Restinguere posse speres. Dic uerum. Malis  
Hic ortus est tumor persuasionibus?

MER. Imò optimis, quantum ego reor. PA. Num  
cordis hoc

Cruciatu minuitur? ME. Etiam: Conscientia  
Tacente & absente Satana. PA. Presente quid?

ME. Non tanti facit istum tumorem, sed duplo  
Eo me perditioem asserit. PA. Haud fallitur:

Quid si redeat. ME. Rapturus est ad inferos.  
Cucodemones ait obesis atq; tumidis

Impense delectari. PA. Recte predicat.

Nam iniquitati in caelis nullus est locus

Nec obesi angustam per portam ingredi queunt.

Quando igitur hoc tumore Satanae non potes

Resistere, neq; ullo pacto caelum ingredi,

In primis deponendus est, quo facilius

Corais

TERTIVS

Cordis dein dolores sedari queant.

Tu fac nobis in hoc alijsq; obtemperes.

ME. Libenter, si quidem ad salutem pertinet.

Nihilq; contradicit Conscientia.

Quid ais tu? Hunc uolo tumorem iam deponere

CON. Sapis. Nam eo, ut prædixi tibi antea

Nil consequere aliud quam ut celerius et facilius

Damnatus ad inferorum centrum permees:

PA. Non solet hæc rectis aduersari suasis

Quantum quidem audio. ME. At prius nimis fuit

Incommoda & molesta, quasi ex industria

Cum Satana in interitum coniurasset meum.

CON. Ne nunc quidem quiescerem esse molesta, ut

Te tandem respici à Deo animaduertarem.

PA. Tace paulisper. Ante Cosma quam hunc ego

Sanis, ut est mandatum, instruo sermonibus,

Purgari placet, ut uentris subsidat tumor,

Animusq; ad sanam doctrinam fiat capax,

COS. Sic ordorerum postulat. Sed uix tribus

Tantus tumor hellebori poterit tolli uncij.

PA. Et tu nimium putabas. COS. Num quid uini

adest?

MER. Isthic apud te in cyatho. COS. Heus puer,

absynthij

Virenis clam duos adfero manipulos,

ACTVS

PA: Cui rei? COS. Vt exprimatur succus quere  
simul

Cum helloboro sumet in uino: PA. Mirabilis

Hec temperatura est. COS Morbo mirabili

Querenda temperatura est mirabilis,

PA. Intellego. Habes. Matura. COS. Haud in me  
erit mora,

Hoc totum est ebibendum Mercator tibi, ut

Purgeris, desinatq; hic monstrosus tumor.

ME. Herbis isthæc potio mixta est acheronticis,

Adeo dirus & acerbus exhalat odor. Haud

Potero bibere. COS. Forti audendum est animo:

Malo

Nodo malus (ut aiunt) cuneus querendus est.

PA. Clausis Mercator uno haustu exorbeto oculis

Euge audacter. Nunc ego uirum te iudico,

MER. Eheu, quãto in uentrẽ descendit murmure:

PA. Iam nunc Mercator ambas aures arrige, ut

Sumptæ uim potionis animo intelligas.

Ne corpus solum sed & expurgetur animus,

Apernitiosis quis laboras sordibus,

Conceptaq; penitus operum fiducia.

Quæ bona Deo placeant opera lex perdocet,

Vt ea quiuis scire ualeat compendio.

Hominum ne ulla adferatur excusatio

Placita

TERTIVS

Placita se uelle facere, sed nescire, quid  
 Aut quo pacto factum Deo placeat. Satis  
 In lege officia erga Deum atq; proximum,  
 Etiam nostro corde ostenduntur iudice.

Quibus uetuit quidquam addi siue detrahi  
 Scilicet accurate sunt ostensa omnia.

Porro, multis in lege homines peccant modis,  
 Primo quidem, quod legis altitudinem,  
 Neq; suam humilitatem humanus cernit animus:

Vnde suis legem sperat posse uiribus  
 Se implere, cœlumq; digitis contingere,  
 Hec autem, si quæ alia, est immensa cœcitas,  
 Nec cœcitas solum sed & superbia,

Qua caro sibi diuinam arrogat potentiam  
 Infirmitatem nec propriam considerat,  
 Opinioni autem huic (ne me forsitan putes  
 Fingere, carniue immerito facere iniuriam)

Sanctorum autoritas reclamationum,  
 Quis nemo sanus in hac re derogat fidem.  
 Et singulorum iam nunc testimonia  
 Recitarem, nisi breuitas obstaret temporis,

Etenim omnes ore in hoc uno consentiunt,  
 Quod peccatores sint, nec fecerint satis  
 Carnalibus pressi oneribus, legi Dei:  
 Quare iudicium deprecantur, nec uolunt

A C T V S

Operibus freti cum Deo contendere,  
 Quin semel ipsos damnant atq; iudicant,  
 Diuinæ ut gratiæ relinquatur locus.  
 Si huius sunt sancti (ut constat) sententiæ,  
 Alios sentire aliud summum est piaculum.  
 Quod falsa nec Deo ferenda gloria  
 Inflanur, & cœli meritis fastigium  
 Superare seu condigne siue congrue  
 Se posse putant suisq; fruuntur somnijs,  
 Deinde, consequitur error pertinax  
 Quorundam, qui sibi uideatur sanctuli,  
 Quandoquidem humanis tanti uires æstimant  
 Ut legem implere possint, huc demen iæ  
 Veniunt, quasi iustificatio suis operibus  
 Promereatur, peccatorumq; remissio  
 Ex meritis & propria iusticia pendeat:  
 Hinc multiplicant opera, præceptis se & alios  
 Excogitatis propria onerant industria,  
 Relictis interim post terga legibus  
 Quibus se debent occupare, qui Deo  
 Seruire uelint. Demum usu uenit, ut dum probe  
 Se iustificatos arbitrantur operibus  
 Aut lege, gehennæ mancipantur ignibus,  
 Nam nulla ex lege, nullis ex meritis, neq;  
 Factis apud Deum iustificantur homines.

TERTIVS

Huius rei efficax est testimonium  
 Mors Christi, quæ humanarum plenis tibijs  
 Declarat imbecillitatem uirium.  
 Neq; Dei lex isthoc munere fungi potest  
 Ut iustificet, quum semper homines arguas  
 Esse reos, iræq; & maledictionibus  
 Obnoxios. Hoc est, quod Moses filios  
 Israel ad Iordanis usq; terminos  
 Perduxit tantum, nec Iordanem transijt,  
 Nec terram promissam potuit attingere,  
 Sic damnantur, nec uitæ attingunt premia,  
 Nec iusti esse queunt operum qui fiducia  
 Laborant, & præter leges norunt nihil  
 Dei quo gratia impetrari possiet.  
 Quamobrem Mercator, si quibus unquã es malis  
 Imbutus opinionibus, actuum datæ  
 Virtute potionis & Verbi Dei  
 Radicitus euomas suadco, ME. Iam nauseo  
 Hercule. PA. Stulte nimis & peruerse sentiunt,  
 Qui, quod diuinæ legi eiusq; operibus est  
 Negatum, id humanis affingunt somnijs  
 ME. Porgite mihi pelum obsecro. PA. Abomina  
 Est domino omnis uirtutū humanarū tumor (bilis  
 ME. Dirumpor miser, adeo duæ uelut acies  
 In uentre concurrunt meo forissime.



ACTVS

Hem uicit pars una & insequitur alteram.

PA. Tene peluim Cosma, ego apprehendam  
synciput.

ME. Mooc. PA. uome audacter. ME. Mooc,  
Mooc. PA. Pape,

Quid uideo? Peregrinationes & preces,  
Eleemosynas, ieiunia, indulgentias,

Vnà euomuit. ME. Oh oh, gulam mihi peruelim  
Dari ampliozem. Moc Mooc. COS. Digitos duos  
Insere. ME. Moc. COS. Ecce iam. Oh, quid ista  
huc obsecro?

Candelæ magnæ & plurimæ, diplomata,  
Vestes sacræ, toti calices, & integra  
Altaria prodeunt, & bini calcei

Duplicatis soleis. PA. Hē quid hominis es? Pape:

Qui ita saburratus iter ad coelos ingredi  
Te posse putasti? COS. Mirum hercule spectaculū  
Sed quid sibi Mercator uoluere calcei?

ME. Ad templa frequenter cundo illos attriuerā,  
Cuius rei uolui extare testimonium.

PA. Quam diligentes sunt iam mortales, suis  
In factis ponderandis, quasi non centies  
Malorum numerus superet benefacta omnia,

ME. Væ misero mihi, dispere o totus. Moc mooc.  
Heu stomachi fundamentum planè inuertitur.

PA.

TERTIVS

PA. Confide. ME. Mooc. CO: Vah quàm in fundo atq; in intimis

Habitârunt isth.ec. Missæ sunt & Vigiliæ, Psalteria, & patronorum fiducia.

ME. Mooc. CO. Quid isthuc Paule, quod genibus

Viperarũ simile prodit? PA. Sunt tã aliena quàm

Propria merita. CO. Deũ immortalẽ Paule, que

Tanta hominum est demencia, tã friuola ut uolent

Aut comminiscantur? PA. Satane plantaria

Et antichristi Cosma doctrinam uides,

Quam iam uniuersis fermè inseuit cordibus:

Quid ais Mercator, ecquid senis reliquum

Quod non euoueris? ME. Nihil, nisi uiscera

Etiã euomenda sunt. PA. Viscera curet alius.

Nobis aduersus Antichristi dogmata

Adeoq; peruersam contra fiduciam

Negocium est MER. Nullo laboro dogmate,

Hei misero uenter inanitate murmurat,

PA. Ne timeas Heus Cosma. Venter è arbitrorsatis

Iam purgatum. Cunctus enim subsedit tumor,

Sed ad huc trucibus & elatis oculis manet.

COS. Verum est. PA. Quare mihi & purgandum

caput

Cerebrumq; uidetur. Ergo, ut scis, nasturcio, aut

A C T V S

Allo quodam medicamine fac ut sternuat.  
 CO. Istud non magnam postulat scientiam  
 Mox fecero. Admoue nares, et spiritum  
 Attrahe. Recte. Hoc modo unà et pectus et caput  
 Purgabuntur. Oculos claude atq; synciput  
 Manu altera tene. Hui quã fortiter. ME. Hec mihi  
 Cerebrũ exquassatur. CO. Iã nũc arcte è naribus  
 Mucũ emunge. Ohe, multas meritorum et operũ  
 Bonorum emunxit opiniones. PA. Optime est.  
 Sciebam prorsus aliquid in cerebro mali  
 Residere. Supercilia reseca: o forpice.  
 Sic satis. Oculi iam atq; supercilia recte habent.  
 ME. Me miserum, ut tenuis atq; exuccus, et nihil  
 Quãm syphar hominis uest: a sum factus opera.  
 Ne cerebrum me quidem iam habere iudico.  
 Neq; quidquam humanarum in me restat uirtutum.  
 Adeo me elumbem constituit purgatio.  
 Iam iam profecto per foramen acus iter  
 Si mihi sit agendum, facillime confecero.  
 PA. Ad cœlum ituros tales esse conuenit.  
 Sed age dic mihi, quid nunc de te uerissime  
 Dicere habes? ME. Id quod dixi, sed nec mentiar  
 Si me omnium qui uiuunt perditissimum  
 Dixero. PA. Recte. Ecqua presidia salutis aut  
 In temetipso, aut in creatis omnibus

TERTIVS

Nosti? ME. Nulla. Sed aduersantur mihi omnia.

PA. Si igitur tibi contingat salus, num è gratia

Dices aut ex meritis tuis contingere?

ME. Ex gratia prorsus. PA. Quid ex meritis tibi

Deberi ais? ME. Vt non unius me Cerberus

Deuoret. PA. At iusticias tuas quanti aestimas?

ME. Ah tantidè quãti stercus. PA. Iuste aestimas:

Nihil ergo gloriaris, sed te perditum

Planè agnoscis, etiam si haberes omnia

Monachorum & totius mundi opera atq; merita:

ME. Eo magis essem perditus. PA. Hinc te colligo

Ab humanis planè expurgatum sordibus,

Et esse diuinæ capacem gratiæ.

Vis liber esse à peccatis & consequi

Salutem? ME. Volo. PA. Vis expediã ad hoc uiã?

ME. Volo. PA. Crede ergo in Iesum Christum &

saluabere.

ME. Quid de illo credã? PA. Quod pro peccatis

Sit mortuus, & resurrexerit, ut innocens (tuis

Et iustus habereris coram Deo. Is tua

Iusticia, sanctificatio & redemptio est.

ME. Nunquid tu his contradicis Conscientiã?

CON. Quis diuinis contradicat sermonibus?

Quin & peccatorum obliuiscor omnium.

ME. Sed Satanae codex mihi molestus est nimis.

PA. Mortem Iesu Christi Satanae furoribus

## ACTVS

Et peccatis, magna opponas fiducia  
 Numquam poterit accusare electos Dei,  
 Quis Christi uideri conspersus sanguine.  
 ME. His dictis (sentio) suffragatur spiritus,  
 Qui cordi illabitur meo, et fiducia  
 Simul et amore erga caelestem implet patrem.  
 PA. Istiuc tene, Satis ad salutem instructus es.  
 Dei duritaxat te commendes gratia,  
 Ut perficiat quod in te coepit opus bonum  
 ME. O quam tam conspicio salutis copiam:  
 Quam uultu me benigno respicit pater?  
 Quam et hilaris uultu me iam Conscientia  
 Aspicit? PA. Isthaec credentis animi indicia sunt,  
 Proinde perge. Satis in Christo diues es,  
 Satis iustus, satisq; tutus ab inferis.  
 Quia igitur isthaec te credere cognoscimus,  
 Effecimus id, cuius sumus ad te gratia  
 Mihi. ME. Credo Christum iusticiam omnem meam  
 Esse, eiusq; opera me a peccatis liberum.  
 At uobis merito magnas habeo gratias,  
 Quod et istud me docuistis, et a prioribus  
 Pravis doctrinis animum expurgastis meum.  
 Quibus me oneratum et inflatum, semper tamen  
 Propter peccata momordit Conscientia,  
 Ea nunc quiescit, neq; me accusat ut prius,

Diuina

### TERTIVS

Diuina scilicet concedens gratia:

Hac pacata, nihil etiam Satanae mihi

Formidabilis erit cod. x. In hac fide

Neq; inferorum portas extimescam ego.

PA. In unum Christum colloca fiduciam,

Quod cōtra omnia mala tibi erit alexipharmacū

Nobis ad superos redeundum est, & interim

Etiā atq; etiā caue, ne quis fallacijs,

Hanc tibi fidei simplicitatē contaminet.

ME. Meminero et faciā. PA. Nos abimus iā, uale

ME. Pergite feliciter. Nam tandem sentio

Quid inter hominum commenta & Verbum Dei

Interfit, & Dei quid possit gratia

In seruandis hominibus, qui alioqui suis

Cunctis uiribus ad inferos descenderent:

Redeat nunc Lyochares, aut Satanae uel decem

Animo securo & tranquillo moriar, satis

Sciens Dei me seruatum iri dextera.

### CHORVS.

Que tanta mundum uexat inertia,

Quousq; tandem lumina perdidit,

Ut nesciat rectum atq; prauum,

Nec bona nec mala rite cernat?

ACTVS

Magnis requirit friuola sumptibus,  
 Artesq; caute discit inuitiles,  
 Et utiles post terga linquit,  
 Haud opibus totidem parandas.

Quid non agit pro corpore debili  
 Sanoue? Qua non sollicitudine  
 Victus laborat comparandi,  
 Seq; suosq; fouens benigne?

Cur non eodem sollicitus modo est  
 Aut cur laboris cessat & ingeni  
 Vigor, futura pro salute, &  
 Præsidij anime quietis?

Si artes quis omnes atq; scientias  
 Perdiscat, isthic uiuet & ingeni  
 Fructus quidem carpei suauis,  
 Corporeos tamen & caducos,

Hoc iura quærun, hoc medici uolunt,  
 Hoc rhetores hoc artifices simul  
 Spectant, scopum omnes hunc labores  
 Terrigenum inspiciant oportet.

Fiunt probe, nec dicimus amplius,  
 At nulla pax est cordibus impijs,  
 Nec doctus indoctus ue saui  
 Rumpere uincla potest tyranni.

Non rhetores, non hoc medici docent,

TERTIVS

Non iurium solertia multiplex,

Nec Principis mundi furores

Grammatici moderare possunt:

Verum è supernis ni doceat pater,

Christumq; uobis spiritus inserat,

Frustra laborat mundus omnis

In superas penetrare sedes:

Constat: Tamen non pectora pandimus

Nec sustinemus scire, quid à patre

Demissus edoctusq; narret

Filius, ille redemptor orbis.

Pars illius uerbum exitiabili

Repellit ira & persequitur male

Sub heresis nota, nihil qua

Sors tulerit magis expiandum.

At pars ueterno turpiter incubant,

Sus deq; censent quid doceat Deus,

Si suppetit uini panisq;

Copia, sat sibi sunt beati.

Pars magna quædam scandala subserunt,

Deiq; uerbum in ludibrijs habent,

Et ut sonet nunquam se iniquo

Haud perhibent animo daturus

Absq; hoc tamen nil cætera proderunt.

Cure nihil, nil & sapientis



## ACTVS

Prodest, nec ulla artes doliq;

Iudicis effugient ab ira,

Sic magna iuste pars hominum perit,

Et semper ernis uritur ignibus,

Nam nescit & nescire uerbum

Et manibus pedibusq; curat,

## ACTVS QVARTVS

LYOCHARES, PRINCEPS,

EPISCOPVS, FRANCISCANVS.

**H** Vi ite, ite, properate. Iam olim oportuit  
Iudicio adesse. Gressu uix testudinis  
Inceditis. Haud unquam alios aequae repperit

Tardos. Num etiam post mortem uos podagra tenent

PR. Non ob bone, Num uolare nos tot sarcinis

Onustos posse putas? LY. Quae ergo dementia

Adegit, tamen uos ferre supellectilem?

EP. Quasi nescias nos ad iudicium pergere. LY:

Scio

Equidem isthuc. Sed quid ad iudicium pertinet

Altaria, templa, sacella, monasteria, precum

Ingentes codices, cucullos, & alia

Tam ridicula quam inania ferre, lentius

Q V A R T V S

Vt conficiatis iter? PR. Ne tu imperitus es  
Papisticæ doctrinæ. LY. Qui sic? PR. Iudicem his  
Placare uolumus donis & corrumpere.

LY. Quid iudicem? PR. Ita inquam. LY. Facinus  
egregium hercule

EP. Ita est ut dicis. LY. Si quidē potestis. PR. Oh  
Num isthuc dubium est? LY. Non uulgare pro-  
fecto. PR. Quid ais?

EP. Equidem profecto si sapias, hunc non audies,  
Quippe, ut uidetur, nō est theologus. FRA N. q̄s  
Ut arbitror, Scotum aut Alexandrum de Ales,  
Aut Bonauenturam, aut Angelum, aut Thomam,  
aut Capram,

Aut illos qui iam sunt doctrinæ Principes  
Emseram, Vitzelium, Coclear & Eccium,  
Καὶ λούς τε καὶ γὰρ οὐς unquā triuit. Namq; si  
Secus esset, sciret certo causas ordine  
Ob quas talia saluandis huc ferenda sint.

LY. Vah, tu mihi uideris sapere, Sed promoue  
Gradum, nisi mauis sustinere uerbera,  
Cum Satana disputato coram iudice.  
Non memini quando alios unquam citauerim  
Aequæ hydropicos & podagrosos, aut plura quæ  
Et grandiora ad iudicium gestauerint,  
Quorum ue ita mœstè fuerint Conscientiæ

ACTVS

Vos, (ni fallor) peregre peribitis.  
 Nam & obesi estis grauesq; & Horreo plurimum  
 Supellectilis adfertis. Quare ut fortius  
 Vos possidere labore Satanas nil opus.  
 Suapte enim natura ad centrum graua se  
 Mouent. EP. Ne curato. Nil est periculi.  
 Nullius Satanae formidamus impetus.  
 LY. Macte excelsi animo. Quid frustra stultus  
 ego pro  
 Vobis timeo! iam hoc me loci opperimini.  
 Diuortar huc paulisper, mox reuenero.

SCENA SECUNDA  
 PRINCEPS, EPISCOPVS,  
 FRANCISCANVS.

**I**lle hinc abiit truceulentus noster carnifex.  
 Ecquid animaduertistis illum pendere  
 Nostrum apparatus parui, imò nihili propè.  
 EP. Animaduertimus. Ad desperandū nos lubēs  
 Suis dictis perduceret. Sed nihil agit.  
 PR. Quin & conuicia dixit perituris quasi:  
 EP. Deo nos acceptos fore non intelligit.  
 FRA. Hoc agit (in raundo quod sycophanta plu-  
 rum) ut

QVARTVS

Nos iurgijs à recto deijceret statu.

Vtq; maledicis dictis exterriti, omnia

Relinqueremus impedimenta & sarcinas,

Vacuiq; appareremus coram iudice, &

Saluis omnem abijceremus fiduciam,

PR. Mibi hercle commouit animū, spemq; minuit

EP. Caue sodes, ut quid genio auscultes malo.

FR. Cedo, quis te instruxit morituroq; adfuit?

PR. Tui ordinis Seraphici uenerandus pater,

is hæc imposuit, & his me iussit fidere.

Gregaliumq; suorum meritis & bonis

Operibus grauidum prægnantemq; reddidit,

Ita ut perspicias. FRA. Instructus es ad uitam satis

Caue faxis ut abijcias temere quidpiam.

Nam & nos res ferimus ad iudicium eiusmodi, &

Speramus nobis profuturas admodum.

Nam suprema hæc Papatus est instructio.

EP. Suprema & optima est. PR. Videtur hercule

Siquidem & meus instructor se aliam cōfessus est

Nescire armaturam, alioqui doctissimus.

Sed, (amabo) quia fors nos coniunxit ad hoc iter,

Idemq; iudicium citati accedimus,

Nostrum unusquisq; dicat, qua fiducia

Præ cæteris frenus confidit iudicem

Fore placatum. In quibusdam nos uideo pares,

ACTVS

At rursus in quibusdam ualde diffares.

Aequae tumemus omnes, aequae sarcina  
In tergo est compacta & constricta fortiter  
Nostrum unicuique. Meam mihi quidem mala  
Imposuit quae sequitur Conscientia.

Quo pacto & uestras uobis impositas reor,  
Moestae quoque sunt nostrae omnes Conscientiae,  
Similiter & terram intuentur cernue.

Ceterum in armatura magna est diuersitas.

FRA. Nihil est absurdum. Quid? Pictos in pariete  
Nunquam ne uidisti Diuos? PR. Sepissime.

FR. Vidisti certe alium alio ornatum modo,  
Petrum clauibus, Ioannem calice, libris  
Augustinum, Paulum gladio, Laurentium  
Craticula, Lapidibus Stephanum, Dominicum  
Lupo & face, quinq; Franciscum uulneribus, ut  
Interim equites totos cataphractos taceam. Ita  
Etiam inter nos non miranda est diuersitas.

PR. Intelligo. Sed meam uobis fiduciam

Iam exponam. EP. Hic sumus, Expone. PR: Prae  
ter bona opera

Quae magna summa emi, et praeter sumptus, quibus  
Templa & coenobia construxi, & praeter alia  
Quae magna spe suffarcinatus adfero,  
Summa spes est in Pontificis diplomate.

Quo

QVARTVS

Quo mihi peccatorum omnium remissio  
 Et a plumbo firmata est. EP. Spem bonā obtines.  
 At mihi præter cætera bicipi in insula, &  
 Empto bis quindecim aureorum millibus  
 In pallio spes est, & ea quidem optima.  
 Etenim hæc me testabimur ex cælestibus  
 Essi, & non uulgari exornandum gloria.  
 PR. Quia spei non aduersaris meæ, neq;  
 Ego tue aduersabor. Per me ita pergas licet:  
 Cui tu Franciscane fidis maxime?  
 FR. Ego? Me uobis præcursorum esse arbitror  
 Albis equis. EP. Tu? Qua quæso fiducia,  
 FR. Religionis, paupertatis, castitatis, &  
 Obedientiæ, in quibus est perfectio.  
 Cucullo tamen isthoc fido præ cæteris,  
 In quo impossibile est ut damnetur quispiam.  
 Ut à Deo promissum est Seraphico patri.  
 PR. Papæ. Tanta ne lateat in uestitu sanctitas?  
 FR. Prorsus. Neq; hoc Coclear nec Eccius negat  
 Et si utilia suadenti inducitis animum  
 Obtemperare, saxo ut eisdem utamini (quar  
 Mecum præsidij. EP. Cupimus, ut et pro isto lō  
 FR. Inclinate ergo capita, ut uestis uos sacra  
 Obumbret. Sic satis. iam nunc omnes simul  
 Eadem aduersus Satanam spe pugnabimus.

ACTVS

Hoc uno confirmastis uestra opera omnia,  
 Ut apud Deum quàm plurimum ualitura sint.  
 EP. Itane tandē? FRA: Nihil est hoc certo certius  
 PR. At quis nostrā in iudicio causam acturus est?  
 FR. Quis, nisi patrōi, quos quisq; ex Diuis habet  
 Quos delegisti tibi? PR. Matrem ipsam iudicis,  
 Et Ioannem Baptistam. FRA. Insignes hercule,  
 Et eos ipsos qui utrinq; assistent iudici,  
 Si qua modo habenda est hīc fides pictoribus.  
 EP. At ego Petro me & mea commisi Apostolo.  
 PR. Soli ne? EP. Ita. Potens est in cœli curia,  
 Ipsasq; clauēs ad cœli portas habet.  
 Ut possit intrmittere quando & quem uelit.  
 FR. Ita etiam me Francisco soli credidi,  
 Qui pro me semper qui nq; gestat uulnera,  
 Quibus ualet quod diuorum nemo ualet.  
 Sed cur cessat redire Lyochares, ut hinc  
 Eamus ad merita & condigna gaudia,  
 PR. Non uideo cur nobis properandum etiam siet  
 Cui pereundum est, satis mature deperit  
 Vel uefferi. FR. Quid hominis se? Si nos salus  
 Falleret, haud scio quo non pacto omnes falleret.

SCENA TERTIA.

LYOCHARES. MERCATOR.

TERTIVS

**Q**uid est Mercator, nōdum à francofordiā  
Rediisti, ME. Neq; uero iucini, neq;  
adeo

Ire uolo, nec in hoc nasus me fugit tuus.

LY. Eia. Quin tu ergo surgis, nam tempus uocat  
Ut eamus. ME. Quin tu dicis mihi. Equidem  
haud moror. (haud moror.

LY. Iam dudum te comites expectant. ME. Ecce

LY. Age ergo ocius. ME. Ecce, inquam, me ac-  
cinctum probe.

I praesequar. LY. Quid agis? ita ne ibis uacuus et  
Absq; suppellectili? ME. Non uacuus o bone,

LY. Sume ergo quae sumpturus es. ME. Immo  
habeo omnia.

LY. Quenam? ME. Bonam & tranquillam ani-  
mam mecum fero, &

Fronte exporrecta unà ibit Conscientia  
Cetera mortua suis relinquam mortuis.

LY. Rara avis es, & rara est isth. ec sapientia  
Quare ex facto hoc tuos comites miraberis

ME. Quid illi, Num alia quaedam secum deserūt?  
LY. Plurima, Sed sequere, ME. Te uero sequor  
lubens,

SCENA QVARTA

FRANCISCANVS, PRINCEPS, EPISCO-  
PVS, LYOCHARÈS, MERCATOR



ACTVS

**S** Ed ecce redit Lyochares festino gradu,  
Eumq; equis duo sequuntur passibus.  
EP. Comites fortasse nostri ad iudicium:  
FR. Arbitror.

PR. Vir est & mulier quædam. FR. Conscientiâ  
Viri puto. PR. Si est, nostris ea Conscientiâ  
Dissimilis est. FR. Quam re? PR. Rogas? Magis  
nam arguit

Vultus serenitas dissimilitudinem.  
FRA. Et nostræ erunt serena quum perspexerint  
Nos omnia uicisse bonis operibus mala, is  
Falso ducitur aliquo fortasse gaudio,

Quod mox rediget iudicium ad moestitudinem:  
PR. Sed nonne uidetis, quia ille sit exilis, citus  
Vacuusq; ab omni onere? FR. Subita præcæuis est  
(Ut opinor) morte, aut uino aut in bello occidit,

Nihil unquam habes curans ue habere operis boni.  
Melior longe nostra est conditio. LY. Illos uides  
Tuos comites. ME. Papæ Lyochares, diues &  
Tumidum sodalium. Sed Conscientiæ

Illorum uab quam nutant astantq; terrence.  
LY. Quid nunc agitur? EP. Expectatur. LY.  
Nunquid placet,

Adduco nobis comitē? EP. Imo hercle per placet.  
ME. Saluete. FR. Nos quidem salui recte sumus.

QVARTVS.

Tu ut saluus sis, non etiam curasti probe.

ME. Qui sic? FRA. Cur non tumes? cur nil coperis boni

Ad iudicium adfers? ME. Imò uero plurima

Adfero. EP. Nimirum qui es nuce cassa castior:

ME. Nemo prudens thesaurũ in propatulo gerit,

Inq; uia præsertim obsessa à latronibus.

FR. Loquæris forsàn hic nobis sententias?

Vah tibi: ME. Væ uobis hisceq; uestris sarcinis.

PR. Mittite male ominari. Dic tu quæso, cur

Ita uacuis aduenias, & cur alio modo

Atq; omnes alij, & quàm nos instructus sies:

LY. Nihilominus & inter loquendum pergite.

Iam dudum scio iudex tribunal occupat.

Vobis dico multis marianis, pergite.

Vos tansi præcedite nisi uultis uerticem,

Actutum hac uobis uirga prorsus deglubi.

EP. Ne sæui quæsumus, pergemus strenue:

PR. Heus tu, quisquis es ad me concede paululũ:

Tenuitatisq; tuæ mihi ediffere modum.

ME. Fui ego ita ut uos timore insigni præditus,

Constricta q; erat huc perferenda sarcina

Ex uarijs & meritis & operibus bonis.

Que multum in iudicio mihi essent usui.

Sed nescio quo fato, Conscientiam

ACTVS

Molestam sum sortitus ac incommodam,  
 Quæ omni reclamauit meæ fiducia,  
 Donec spem omnem mihi ademit cum puluisculo.  
 LY. Procedite inquam, PR. Quid? Nullam illam  
 sarcinam

Tibi imposuit, ut nol' is impositas uides?  
 ME. ingentem profus, quam me pressit ad inferos.  
 Sperare ne, ullo potui pacto gratiam:  
 Et tamen iam Satanae ultro me uelui addicere:  
 Sed ecce celesti sum afflatus numine. (cuius)

LP. Genio aliquo fortasse malo. FR. Ita ut prædi  
 PR. Tacete obsecro. ME. Statim aderat Paulus  
 cum optimo

Quoam medico, id quod ex euentu colligo, (cuius)  
 PR. Quis ille Paulus? ME. Apostolus. ille sic di  
 Omnem bello: bo: o mihi tumorem depulit. (cuius)  
 PR. Quid ais? ME. Eucumiq; opa magni ponde  
 PR. Apage, haud places, qui bona opera eucumue  
 ris. FR. Hunc

Quod audias, te uehementer miror. FR. Nihil  
 Periculi est. FR. An etiam nondum intelligis  
 He: cicum esse? PR. Satis. EP. Mirum ni exis  
 stus fuit.

PR. Quid postea? ME. Oēs sunt ablatae sarcinae  
 Et anteriores & posteriores simul.

Et maiore

Q V A R T V S.

Et maiorem in modum exhilarata est tum mea

Quæ ponè sequitur Conscièntia PR. Quid modo?

ME. Vnius concepta Christi fiducia.

EP. Hereticus te aliquis misere decepit mi homo.

ME. An deceptus sim nescio, pacem me quidem

Senio adeptum cunctis abiectis operibus

Sola fide. FR. A. Hem sola fide? ME. Ita inquam.

FR. In pessimum

Ruisti dogma hereticorum hereticissime.

Si Paulus isthuc te docuit, prorsus fuit

Papisticæ imperitus sanctimoniæ.

Quin si hoc perget docere passim, mox sacro

Romane sedis percucietur fulmine:

ME. At bruta nihil ille eximescit fulmina.

LY. Pergite, quoties uobis dicendum est? Pergite

EP. Miror, qui nam Paulus tandem reuixerit

Cuius iam olim, doctores nostri & Episcopi, &

Nomen & antiquatâ ignorârunt dogmata.

Nullumq; (quod sciam) in Romana curia

Locû abinuit. FR. Demiror te isti credere (sex:

Qui aut cerdo fuit, aut, quod credo magis, carnis

Aut quid refert, si iam reuixit maxime?

Non Christianorum est doctor sed gentium.

Vivat Cocleare & Vicelius & cæteri

Quos iam fors Christianis doctores dedit,

ACTVS.

Quosq; audiendos de coelo intonuit pater  
 ME. Scilicet. At si tantum armatura fiditis  
 Vestra, cur non erigitis Conscientias,  
 Minutos terræ e iam obseruantes calculos?

FRA. Dicam. Fidimus eadem epa et diffidimus:  
 Nescit enim homo utrū su dignus amore uel odio.  
 Ita nos armatura nostra fortes sumus,  
 Et interim sunt mœstæ Conscientiæ

MER. Mirum proxsus negocium. FRA. Quam  
 uis bene

Speremus propter opera nostra plurima,  
 Tamen iudicij illæ formidant exitum.

Qui semp est incertus. MER. At mihi certus est:  
 FR. Credo hercle. Nam certissime damnaberis.

LY. Coram iudice si quid lubet, contendite.  
 Nunc iter agendum est. Ecce cucullate hoc tibi.  
 Nolo te frustra hic instituisse Academiam.

SCENA QUINTA.

SATANAS, FRANCISCANVS,

EPISCOPVS, LYOCHARES, IRIN<sup>a</sup>

CEPS, MERCATOR.

**M**ale perdat deus istos si phistas impios,  
 Quibus die hodierna mane à summo sta  
 Ad hoc usq; diei uccatâ opam dedi. (rim  
 A deo

Q V A R T V S.

Adeo nihil sine me uolunt concludere,  
 Neq; in minimis rebus neq; etiam in maximis,  
 Ideo fortassis, ut si res male cesserit,  
 Expediant se, atq; omnē in me culpā transferant.  
 Conentur. Ego mea facta tuebor approbe,  
 Neq; fatebor culpam quam nunquam fecerim.  
 Cuius iussu quæso aut instinctu ita hodie  
 Frequentes conuenerunt? Quo referente tam  
 Atrocia inierunt contra uerbum dei  
 Consilia? Ego hercle meos inspexi codices  
 Tota nocte, ut quorundam scirem crimina,  
 Quibus hodie in iudicio aduersari uolo.  
 Ut ergo legi & amotaui crimina, è  
 Vestigio reos perrexi inuisere,  
 Ne quis eos è manibus eriperet meis,  
 At medio in cursu me Sophistarum uocat  
 Cohors, sibi ut adesset, magni interesse illud meæ  
 De quo consultando sit habenda concio.  
 Postquam ueni, cognoui tandem quid rei  
 Esset, Conquesti sunt se Euangelio premi.  
 Nec ad extirpandum quidquam se prioribus  
 Consilijs proficere, quare se quid noui  
 Excogitasse aiebant, quod proponere  
 Vellent meo ut etiam probarem calculo.  
 Ma auscultando ac decernendo congrua

ACTVS

Tantum diei contriuius. Vnde metuo  
 Ne aut iudicium neglexerim, a q; nemine  
 Accusante & contradicente, iudicis  
 Meos ut a iam absolutos iam sententia.  
 Aut recte docti in extremis resipuerint.  
 Verum fax osciam tamen quæ gesta sint  
 Curriculo. Extemplo, si est quod metuo, capitula  
 Sophistica spiritus exagiet uertiginis.  
 Quorum opera tantum mihi perijt lucrum.  
 Euax. Res saluæ sunt. Saltare collibet.  
 Nunc primū ecce uenit Lyochares. Omnes probe  
 Instructos uideo, & rite mea ex sententia.  
 FR. Væ nobis, rectè Satanas obuiam uenit.  
 Quo suades fugiamus Lyochares? LY.

Quin ego

Vt procedatis suadeo, nisi uerbera  
 Mauultis accipere, quæ prolixè dabo.  
 Non est iam fugiendi nec tempus nec locus.

MER. Vbi est tuus herculeus tam animus, ut bea  
 stiam hanc

Conficias & pro te, & pro nobis omnibus?

SA. Cur tam sero uenitis electi mei?

Lyochares, cur tam serus? LY. Cum tot oneribus  
 Hos asinos non citius potui protrudere.

SA. Credo, tiercle me breui ditissimum fore

Video,

Q V A R T V S.

Video, quum mihi tot quotidie accedant opes.  
 Sed ubi relictus est Mercator optimus?  
 LY. Eccū. Non agnoscis? SA. Non agnosco, neq;  
 Esse arbitror. LY. Est ut dixi, neq; alius heri  
 Vllus mercator huc citatus est. SA. A  
 Sophistarum iam iam afficio uertiginem,  
 Nam isthic certe è retibus ereptus est meis.  
 Dum alia agere habens illorum synodo interfuit.  
 Neq; tumer, neq; quidquam fasciculorum gerit.  
 Ha ha sophistæ quam pulchre uobis lucrum hoc  
 Rependam. Vah stultus ego illos qui audiuerim.  
 At interim uos tres cito mecum pergite, ut  
 Acceptum in uobis detrimentum sarciam.  
 FR. Apage à nobis in maximam malam crucem;  
 SA. Vos quoq; mecum commilitones optimi.  
 EP. Quid ui trahis nos? An non qui simus uid: s?  
 SA. Video hercle perspicue uos esse acheront. eos  
 Et impiorum iungendos collegio.  
 FR. Imò celestibus. Quid uim nobis facis?  
 SA. Quid mulis opus? Huc aio mecum pergite.  
 PR. Heu Lyochares, ui irahimur. Quin fieri im-  
 hibes.  
 EP. Heu indicta causa corripimur ad inferos.  
 Ad iudicem cœlestem p̄ouocamus. LY. Heus  
 Sa'ana, mitte, & quum postulant, tibi suadeo



ACTVS:

Ne manibus ius tuum obtinere quærites.

Sed expectes iudicis & tu sententiam:

SA. Quid in re apta aut iudice aut iudicio opus?

Tam hosce meos esse nosti, quàm quos maxime.

LY. Non inficias eo, sed isti pernegant.

Quamobrem ius decerni iure conuenit.

SA. An nescis, qui nõ credit iudicatus est?

LY. Scio. Sed isti se arbitrantur credere.

Quod uerum ne an falsum sit, iuris arguet

Dicussio. Vt ne ipsi quidem possint queri

Vim aut ullam deniq; sibi fieri iniuriam.

Quare uim cohibe et iudicium unà accedito.

SA. Huc ergo si quid lubet. Ad iudicium etiam

Recte meditatus uenio. Experiar hercle an

Ita uentrosi, totq; onusti sarcinis,

Cœli portam uel tandem possint ingredi:

Hoc sanè pro uobis laborabo magis,

Quo estis habitiores. Neq; tamen te negligam

Mercator, quanquã es quouis pumice siccior.

Quæretur certe, quo mihi omnes uendicem, &

Sophisticum ne quid noceat negocium.

CHORVS.

**P**ericulosum, friuolum ac inutile,

Quin & nihil damnosius,

Quàm si suis audax opinionibus

Quis

QVARTVS.

Quis fidit in rebus sacris.  
 Mortaliumq; ducitur prudentia,  
 Innuiturq; erroribus,  
 Aut spem fidemue fingit, aut bonum aut malum  
 Autoritate Principum,  
 Papistica persuasus aut ecclesia,  
 Verbi Dei absq; numine.  
 Nullum ualens proferre testimonium ex  
 Apostolorum litteris:  
 Spei nec suæ consentiunt oracula  
 Accepta sunt quæ coelitus.  
 Falletur ille spe fideq; protinus,  
 Illusus & damnabitur.  
 Ceu qui cibum potumq; sumit somnians  
 Et excitatus esurit,  
 Sic ille spe gaudebit hic multum quidem  
 Quam non probabit exitus.  
 Beatus ille quem Dei uerbum docet,  
 Certoq; ducit tramite.  
 Vnde actiones profluunt omnes suæ,  
 Nec fallitur fiducia.  
 Et spem fidemq; firma sustinet petra  
 Non diruenda fluctibus  
 Qualem Dei uerbum esse nullus hæsitat,  
 Qui sit salutis particeps.

ACTVS

Quod spes et acta firmat atq; credita  
Cernenda praebet exitu.

ACTVS QVINTVS.

CHRISTVS, PETRVS.

**C**erte Satanas magnificū quid cōmentus est  
Dum Papatum finxit, suisq; negocijs  
Præposuit. Nihil enim Papatu audacius  
Nihil tetrius. Nil fidei perniciosius.  
Nihil arrogantius, Nil pestilentius.  
Nil quotidie Horco plura mittit funera,  
Aut bello aut doctrinis per dita deterrimis.  
Egregium impietatis stabilimentum, nouis  
Quibusdam pietatem eradicans artibus.  
Quotquot iam christiano tecti pallio  
Isthūc ueniunt, non fidunt misericordia aut  
Fauore meo, sed iudicio cum iudice  
Contendere uolunt, allegantes congrui  
Aut condigni meritum, à monachis uidelicet  
Edocti, nouorum nominum inuentoribus.  
Rarus meæ adfert mortis huc fiduciam.  
Ex quo Papatus colligitur industria  
Quam naua: studiose inferorum Principi.  
PE: Differea: Papatus cum propter plurima  
Tum quod se prædicat sumpsisse originem

QVINTVS.

Ex me. Malim autem proauxisse Cerberum.

Quam tale magister aduersans monstrum tibi.

CH. Non te accuso, nec partus est tuus, scio.

Huiusq; olim pœnas mendacij dabit.

Donemus interim, ut meo se uel tuo

Nomine, ne, qui sit agnoscatur protegat.

Tibi certe eius opera minuitur labor.

Nec atteruntur clauis isthoc tempore

Frequenti apertione, omnibus euntibus

Iustissima ad inferos trusi sententia.

Non gentes iam duntaxat ut olim, sed & q̄

Qui christiano censeri nomine uolunt,

Scita mei iudicij & processum nesciunt.

Quasi non denunciauerim clarissime,

Non solum rationem hîc reddendâ esse omnibus,

Sed & quæ sit satisfactio pro debitis.

Veniunt magnis quidem sed nihili sarcinis.

Et adulterino confisi numi smate,

Quis debita nec soluunt nec possunt solvere.

FE. Demiror te Papatum posse perpeti

Ita diu in exterminum omnis rei sacræ?

Et ut perfundat tenebris omne hominum genus?

CH. At si tenes quæ olim dixi haud mirabere.

Quod non nunquam diu permanet iniquitas,

Non est fauor sed potius indignatio.

ACTVS

Sed ecce Lyochares uix tandem cum suis  
 Satana precedente aduenit. Quisq; in suo  
 Sedeat loco, & causis horum animum aduertite.  
 Tibi statera Michaël aptata sit probe.  
 Tibi Paule in promptu scripte sint sententiæ,  
 Ut pellegas quum fuerit opus & iussero.

SCENA SECUNDA:

LYOCHARES, PRINCEPS, EPIS  
 SCOPVS, FRANCISCANVS,  
 MERCATOR.

**V**T dixi, iudex tribunal occupat,  
 Senatusq; omnis in suis sedet thronis.  
 PR. Heu uultu nos irato iudex aspicit.  
 FR. Non nobis, sed huic heretico iratus est,  
 Qui in extremis (ut ait) euomuit bona opera.  
 MER. Haud pœnitet euomuisse. Et exitus deum  
 Docebit, cui nam Iudex iratus fiet.  
 FR. Tuã haud emerem salutem uiciosa nuce.  
 LY. Consistite in ordinem, & ut quisq; uocatus  
 erit, huc  
 Accedat, & pro se Satana respondeat.  
 FR. Miror Franciscum non adesse, cui meam  
 Cõmisi causam omnem. Hem deinceps qui uolet

QVARTVS:

Se diuorum cōmendat cuiquam. PR. Ego mihi

Meos patronos arbitrabar in uia  
Occursuros, at ubi sint neutrum conspicio.

EP. Meus illic sedet inter assessores, parum  
De me (ut uidetur) sollicitus. FR. Certū est tamen

Franciscum ubi ubi etiam sit aduocatus

Vt adsit. Ita ne me in iudicio deserat?

SCENA TERTIA.

LYOCHARES, CHRISTVS, PAVLVS,

SATANAS, MICHAEL, PRINCEPS

EPISCOPVS, FRANCISCANVS,

MERCATOR.

**M** Et uide iudex, Adduxi hosce quattuor  
Quos iussus sum. Quod uero ueni tar-  
dius,

Non mihi sed illorum imputato sarcinis.

CH. Recte iubeto nunc fieri silentium.

LY. Audire. Silete & dicendi date copiam.

CH. Lege Paule decretum patris, quantum potes

Clare. PA. Ego Dominus Zebaoth & rerum  
conditor,

Volo hominibus notum esse omnibus & singulis.

Quia primus homo transgresso quod praeceperam

## ACTVS

Mandato, non se solum peccati reum  
 Fecit, sed simul omne suum uiciauit genus.  
 Statim ut mortis in hereditatem cesserit:  
 At erga humanum genus ego misericordia  
 Factus, statui inde à detrimento tempore,  
 Perdita reparare in filio unico omnia,  
 Ut spe bona mihi mortales fiderent,  
 Ab intolerabili mortis tyrannide  
 Erepti, & translati in fauorem gratia.  
 Quia ergo, simul ac tempus ueni congruum,  
 Filius unigenitus mecum eadem sentiens,  
 Libenter opus ad definitum paruit,  
 Descenditq; è supremo cœli uertice  
 In uirginis uterum, similis mortalibus  
 Carne induta factus, sine peccato tamen.  
 Atq; dein uerbum mundo inculcauit palam,  
 Nimirum quæ suæ esset missionis &  
 Auentus ratio & causa, donec omnium  
 Suos in humeros sumptis peccatis (mihi  
 Cunctorum hominum u'i soluerentur debita)  
 Decurrentis guttas sudauit sanguinis,  
 Sicq; mihi ut ætiam obiulit placabilem,  
 Inter latrones morte probrosissima  
 In cruce moriēs. Quia mihi (inquā) isthuc paruit,  
 Placuit & eterno est sancitum fœdere,

QVINTVS.

Vt summa rursus uestiatur gloria,  
 Coeli terrarumq; potestatem gerat,  
 Et absq; eius nutu nemo moueat manum;  
 Quod iusserit fiat sitq; ratum perpetim,  
 Quod uetuerit non fiat & sit irritum.  
 In eo solo omnis hominum consistat salus:  
 Nemo saluetur nisi in illius nomine.  
 Et omnia pro arbitratu disponat suo.  
 Conuertat, seruet, reprobet, damnet quem uelit.  
 Vita & mors ad uerbum iugiter obtemperent.  
 Decreui praeterea, ut sit inuitabilis  
 Viuorum ac mortuorum iudex. Exigat  
 Factorum rationem à satrapis & regibus,  
 A caecodemonibus, à tyrannis omnibus,  
 Ab infimis & summis. Et sententia  
 Quancunq; aut ad uitam aut ad mortem dixerit,  
 Stent & mortales cum creatis omnibus.  
 Nec ulla prouocandi sit licentia:  
 Nolo ego damnare quem filius absoluerit.  
 Sed nec seruare uolo ille quem damnauerit.  
 Firmiter isthæc pro meritis decreui suis,  
 Hostes donec suos pedum conspexerit  
 Positos scabella suorum despectissima.  
 Actum in caeli arce, mei post mortem filij  
 Anno primo, CII. tam autor. tunc cognita



ACTVS

Voca Lyochares singulatim quemlibet,  
Vt solitam reddant rationem & respondeant.

LY. Accede Princeps primus ad subsellia,

Et de cunctis in uita acceptis à Deo,

De principatu, dignitate, honoribus,

Diuitijs atq; potestate atq; cæteris

In tota uita, rationem probabilem

Reddas, si modo cupis salutem consequi.

Tuaq; ratio ad decalogi spectet terminos.

PR. Væh mihi, primus uocor. Tu procede obsecro  
Franciscane, & pro te & pro nobis omnibus.

FR. Nequaquam. PR. Non eo. Quin tu is Episcopus.

EP. Memento iam diplomatis & procedito.

SA. Vbi nunc pristina uestra est audacia & animus?

CH. Attrabe Lyochares ui reluctantem, neq;

Enim sponte iturus uidetur. LY. Huc eas.

SA. Iudex metuende, licet ne pauca proloqui?

CH. Licet. SAT. Quoniam ueteri dictum est sententia,

Qui baptizatus crediderit, saluabitur,

Qui uero non crediderit condemnabitur.

Ita ut in fide omnis iudicij discussio

Consistat. Frustra mihi uidetur calculus

In horum

QVINTVS

In horum accipiendis teri rationibus.

Mihiquē diu rem iudicatam protrahi.

Quippe mihi constat horum credere neminem.

Quod facile non stupidus ex multis colligat.

Nec te isthuc iudex qui nosti omnia præterit.

Proinde postulo ne audiantur, sed mihi

Vt ante damnati addicantur proinus.

CH: Quid uos Satan e respōdendum arbitramini.

Qui uos sibi causa indicta addici postulat?

PR. Quid, Nisi quod iniquum postulat, ut solet,

Calumnia: ut enim nos credere pernegans.

Quomodo non crederemus populi capita? Tam

Nos fidei articulos scimus quān quā maxime.

SA. Articulos fidei scire, non est credere.

Quare ne iudex audiantur postulo,

Sed mecum eant digna accepturi præmia:

EP. Non equidem tua moramur præmia. Nec tibi

Fidei orthodoxe principes seruiuimus,

Credentes, quidquid Romæ credunt optimi,

Penes quos soluendi ac ligandi copia est.

SA. Ligant sanè illi & soluant quidquid lubet

Modo sit sine præiudicio & iudici & mihi.

Præcipui Romæ sunt mei & mihi seruiunt.

Nec recte credunt, nec recte credere docent.

Quamobrem illorum isthic nil ualet autoritas.

## ACTVS

FR. Quid ais Satana? Quamuis uincas mendacis  
 Hos esse tuos, attamen haud uinces me, nisi  
 In perfectos te ius habere somnias.

Tua postulato, nec eo usq; impudentie  
 Procedas, ut celestibus iniicias manum.

SA. Quos mihi perfectos aut coelestes obijcis  
 Scio quos dicas. Qui mihi perfecte seruiunt.  
 Et eadem opera iungi uolunt coelestibus.

Ex quorum corte etiam tu ades sanctissime.  
 Sed iudex, alitercando laceramus diem:

Quin hos iubes iam nunc prandere apud inferos,  
 Mihiq; iudicatos addicis meos?

EP. Negamus nos esse huius, sed iudex tuos.  
 Quod nos probare posse non diffidimus  
 Ex sarcinis quas serimus, quare quesumus  
 Ne indicta causa aduersum nos pronuncies.

FR. Ferre potes Satana, iudex ut decernat, an  
 Causam nobis dicere liceat? SA. Et maxime:

Quandoquidem iudex uos esse meos perspicit:

CH. Lege decretū Paule. PA. Quoniam Satanas  
 Quòd non credant, sibi indicta causa petit (reos  
 Addici, at contra illi se affirmant credere,  
 Idq; probaturos ex allatis sarcinis.

Placuit Christo atq; Apostolico senatui  
 Rei ut audiantur, & ratione reddita,

Quibus queant modis ut se credere probent.

QVINTVS

Expensis donec sarcinis appareat

An credant nec ne, ne queratur quis sibi

Iniuriam fieri, sed iuris copia

Data, legitime subiaceant sententiæ.

FR. Recte isthuc habet. At porro iudex *questio*

Quia unusquisq; nostrum patronos sibi (mus,

Peculiares ex diuis selegit, &

Illis uiuentes strenue seruiumus,

Vt nostram causam agerent isthuc uenientium,

Nempe hic Baptistâ habet & Mariâ matrē tuâ,

Is uero assessorem tuum Petrum Apostolum,

Heus quos tu habes? MER. Nullos. FR. Hena

nullos? Vah tibi.

Ceterum ego Franciscum elegi mihi unicum;

Hos iube nobis adsint, & huc iam prodeant,

Vt nostris in se meritis referant gratiam.

SA. Non uero admitto ullos patronos, nec alijs

Nec uobis, nec peregrinum istum morem sino

Iudicio huic introduci. PR. Te iudice.

Sed iam non abs te querimus sententiam.

SA. Recte. At quid si ego uobis patrociner?

Nam haud parum

Pro meritis in me uestris uobis debeo.

Sed quid opus multis? Decernat iudex & hoc.

EP. Isthuc ipsum petimus. CH. Animum huc aduo-

lite;

ACTVS

Lege decretū Paule. PA. Quia manifestū est salis  
 Post mortem inter bonū et malū haud esse mediū,  
 Sed rebus exempti humanis, aut impij aut  
 Pij sunt. Nec pij patronis indigent,  
 Quoniam illis sit exploratus iudicis fauor.  
 Neq; piorum ullus patrocinator impio,  
 Nec impius auditur causidicus pro impijs,  
 Placuit Christo atq; Apostolico senatu, ut  
 Reorum quisq; & stet pro se & respondeat.  
 Quum hic ueritate non calliditate sit opus:  
 SA. Et isthuc recte habet. LY. Te iam rationibus,  
 Dandis para. Vos ceteri in uestrum locum  
 Consistite seorsum donec uocemini.  
 SA. Mihi, uideo, sunt explicandi codices:  
 Negocium gliscit. MER. Recte ego fiduciam  
 Patronorum euomui. LY. Tacete ceteri.  
 Audis Princeps, rationes expedi cito.  
 CH. Dic iam quid acceperis unquam in uita tua  
 Et quomodo expenderis PR. Acceptorum quidē  
 Non magna est copia iudex, & quantum aestimo,  
 Expensa uincet accepta omnia plurimum.  
 CH. Quo pacto isthuc? PRI. Si quid pro acceptis  
 debui,  
 Dissolui, missumq; tuus me uicarius  
 Fecit, & operibus insuper ornauit bonis.  
 Pro quibus ex condigno atq; congruo mihi

QVINTVS

Debetur merces, ut te mirer pascere  
 A me rationem, & non magis de præmijs  
 Mihi dandis cogitare. SA. Euge ut uirum decet.  
 CH. Quid tu ais? Ecquando dissoluisti debita?  
 Quo teste? Quo numismate? Quis uicarius  
 Te missum fecit? PR. Oh Romanus Pontifex.  
 Quasi nescias illum tuum esse uicarium?  
 Is me etiam isthoc communij diplomate,  
 Per lege. CH Non accipio. Nec ullus est mihi  
 Qui presens sum regoq; omnia uicarius.  
 Est quod dixi olim, permultos fore, non modo  
 Meos qui se uicarios mendaciter  
 Sed & Christos essent dicturi per fide.  
 An me puerum putasti, cui fieri satis  
 Diplomatis uel bullis queat inanibus?  
 Aliter reddas rationem oportet, & fidem  
 Melioribus confirmes testimonijs.  
 PR. Neq; scio neq; didici aliter, sed hæc satis  
 Vel maximis pro debitis esse arbitror.  
 Et opera isthæc omnem testificantur fidem.  
 CH. Qui nescit nescietur. Quare nil agis.  
 Recita tu ex codice omnia huius debita.  
 SA. Per summas duntaxat capitũ, an per singula?  
 CH. Præcipuas summas recita. SA. Scriptæ sunt  
 Pro principatu, dignitate, honoribus, (probe.

## ACTVS

Diuitijs atq; potestate, atq; cæteris  
 Quæ externa ac interna accepit, mille attica  
 Debet talenta. Quòd autem hæc cuncta nequiter  
 Prodegit, & est abusus in superbiam,  
 Non contra homines solum sed & aduersus Deū,  
 Talentorum sanè tria debet millia  
 Porrò quod hostili te Christum & tuos manu  
 Est persecutus, & pro unius sanguine  
 Occisi, millia talentorum quindecim  
 Debet. Præterea ex decalogo pro cæteris  
 Et ierbis & factis, millia debet decem.  
 Summarum summa, Viginti nouem facit  
 Talentorum atticorum millia. Pro quibus  
 Illum mihi iudex addici postulo,  
 Donec soluat quadrantem etiam nouissimum.  
 CH. Tot tantaq; debita te soluisse prædicas? (but  
 PR. Prædico. Diploma uide. Quin tantū haud de  
 SA. Non? Quia it inficias, perscrutetur sarcina  
 (iudex) quam tergo fert. CH. Fiat. Dissolue tu  
 Lyochares & scrutare. LY. Vah quàm fortiter  
 Est constricta. At nihil necessum est soluere.  
 SA. Qui sic? LY. Extra numerus omnis signa-  
 tus est  
 CH. Lege ergo. LY. Summa summarum omnium  
 quæ in hoc

QVINTVS

Per scripta sunt fasces, nouem & uiginti facit  
 Talentorum atticorum millia. His manu  
 Propria subscripsi conscientia principis  
 PR. Heu ueris uincor. SA. Iam iudex intelligis  
 Et hunc debere plurimum nec credere,  
 Nec esse soluendo, quid superest nisi ut mihi  
 Donec soluat dedatur? PR. At ego supplico  
 Iudex, nec ab hoc permotus aduersario  
 Sententiam præcipites. Diploma accipe.  
 Et si quid hoc non est solutum, plurimum  
 Mecum attuli bonorum operum & summa merita  
 Quibus solui potest, atq; probari fides.  
 SA. Erras homo, res non agitur hic diplomatis.  
 Sed qui bona egit est salutis particeps,  
 Qui mala uero æternis dabitur incendijs.  
 PR. Bona ergo nonne me fecisse perspicias?  
 Ex quibus & debita queant solui & perspici  
 Fides? SA. Nondum. PR. Næ tu calumniator ex  
 Professo es, qui non uideas quæ uides bona.  
 SA. Impietatis hinc non fidi uideo opera.  
 Et adulterino te fretum nomismate.  
 PR. O hæreticorum singularis artifex,  
 Qui isthæc adulterina uoces atq; impia.  
 SA. Litis iudex nullus erit finis, nisi tua  
 Quid sentias dicatur iam sententiâ.



ACTVS

CH. Lege decretū Paule. PA. Quia reus ex *sara*  
 Et diplomate, cunctisq; que secum attulit, *(cinis*  
 Et debita se confidit posse soluere,  
 Fidemq; demonstrare argumentis suam,  
 Placui Christo atq; apostolico senatui,  
 Ut debita ponderentur atq; sarcina,  
 Ipsusq; totus insigni cum aqualiculo,  
 Aequis utrinq; iam in statera lancibus.  
 Ut quanti ualeat cum suis intelligat:

SA. Placet sententia. PR. Neq; hercle mihi  
 displicet.

MIC. Huc ergo accedite. CH. Pone Michael *sara*  
 cinam

Quam tergo huc gestauit, sui insciens mali,  
 Talentorum atticorum uiginti nouem  
 Millia scilicet. MIC. En sunt in lancium altera:  
 SA. Quid si meum etiā apponam iudex codicem?  
 CH. Appone. MIC. Vah uix hæc statera sustinet.  
 CH. Tu contra pone in alteram quidquid lubet:  
 PR. Diploma satis erit. MIC. Nondum. PR. Ad  
 dam plura, si  
 Opus fuerit. MIC. Adde. PR. Propria hæc sunt  
 bona opera.

MIC. Nondum satis, PR. Ad dam & que emi  
 alicna. MIC. Nil agis.

PR.

Q V I N T V S

PR. Mirū profecto negotium. Addā etiā hæc tria  
 Altaria, monasteriumq; diues, &  
 Vestes sacras, sat hæc superq; erunt, scio.  
 Sine. MIC. Nil trahunt. SA. Quin simul im-  
 ponis omnia

Quibus fidis, nec sic uincēs debita tamen.

PR. Scio te isthuc uelle. At ego te disruptum uelim  
 Sacella duo ponam, quæ construxi affabre. (cij)

MIC. Frustra sunt PR. Miror quidnā hoc sit nego

SA. Tuū ego ingenium demiror prorsus plumbeū

Qui non expendas, quanto sanguis ciuium,

Euangelijq; causa & contemptus Dei,

Rapinæq; ex quibus construxisti omnia,

Istis cunctis tuis nugis potiora sint.

PR. Ne mea curato. Omnis mouendus est lapis.

Age, Missæ restant & ieiunia & preces,

Et acquisita merita, quæ addam deniq;

Vt disspereas quum me uicisse uideris.

Nunc sine uideam. MIC. Vide. Ne his proficis

quidem.

Paleæ sunt aridæ. PR. Ne rideas precor.

MIC. Profer alia si habes. PR. An quid sit reli-

quum haud scio.

Hei mihi. Sed sarcinas scrutabor penitus. Ob.

Ponderis haud exigui ad huc indulgentias

A C T V S

Repperio. Hem nunc, uide. MIC. *Tipulae sunt*

PR. *Hei mihi*

*Quàm sum grauatus in his portandis sarcinis,  
At eam quam tergo gestauì sensi leuem,  
Isthic mirabilem experior catastrophem,  
Ille apparent leuissimæ atq; nullius  
Ponderis, at isthæc contra prorsus plumbea.  
O ubi iam est Franciscanus animam qui suam  
Pro me & pro debitis opposuit pignori.*

SA. *Quid tempus terimus? Quin & hunc im-  
ponimus?*

CH. *Michael, Lyochares, et tu unà hūc impone.*

MIC. *En sic.* LY. *Papæ. Plumbeus in nostra erat  
manu,*

*sed aduersus debita uidetur plumbeus.*

PR. *Heu heu, quàm turpiter deceptus sum miser.*

CH. *Sat uisus est. Deturbator iam ex lance. Quid*

*Nunc? Credis? Aut qua re solues debita?*

SA. *Obmutuit.* CH. *Ad sinistram hunc Lyochares  
loca.*

*Et alium accersere.* LY. *Heus tu, tibi dico Episcopo*

*Accede huc, atq; tuas rationes explica.*

*Tuamq; confirmes fidem quantum potes.*

EP. *Heu quàm male ratio successit Principi.*

*Totus trepido, Vin tu pro me procederet*

Q V I N T V S

FR. Quin & ego ad usq; pedes à uertice horreo.

Hinc isthuc, quòd patronis destituimur, &

In ignoto orbe uersamur apud iudicem.

Magno animo sis. Tumes egregie, & insula es

Episcopali insignitus præ Principe.

EP. Recte mones. ille prophanus quidam fuit.

Nec cognitus nec commendatus iudici.

LY. Quid consultas? CH. Et hunc Lyochares me  
attrahe.

LY. Ecce hoc tibi. Cur non accersitus uenis?

CH. Expone rationes. EP. Num me scis Chris-  
ste, qui

Euerim? CH. Scio. Tu temet quoq; saxo ut  
scias.

EP. Episcopus fui præcipuus in grege.

SA. Id scilicet iudex quod inter oues lupus.

EP. Tace rabula. CH. Rationes inquam expone.  
Dic

Quid debeas pro acceptis. EP. Quin potius ro-  
gas,

Quid mihi pro meritis operibusq; debeas?

SA. Recte ita uiuam. CH. Dissolue primum qua  
mihi

Debes, tum & ego resoluam quæ tibi debeo.

EP. Nihil tibi quod sciam debeo. CH. Non mihi  
placet

## ACTVS

Hæc ratio. Ergo ne mecum uis contendere?  
 Recita tu ex codice quid isthic mihi debeat.  
 Scio te accurate perscripsisse singula.  
 SA. Vis ergo singula recitari? CH. Nil opus.  
 Præcipuas summas, ut prius, recita. SA. Bene.  
 Pro dignitate ecclesiastica, atq; pro  
 Honoribus & potestate, & pro corpore  
 Proq; anima, & pro donis utriq; præstitis,  
 Proq; alijs externis internisq; omnibus  
 Talenta mille debet attica. Porro, quod  
 Pro acceptis nunquam gratias egit, sed in  
 Superbiam abusus est, & contra te & tuos  
 Verbis, factis & cogitationibus,  
 Consilijs, cæde, hostiliq; animo insaniit,  
 Papæq; uelut Deo seruiuit unico,  
 Talentorum duodecim debet millia,  
 Præterea, quod fuit scortator improbus,  
 Et audax cunctæ transgressor legis Dei,  
 Dolium & auariciæ prorsus inexplebile,  
 Suosq; quod oneribus deglubit subditos,  
 Et pro alijs decalogi transgressionibus,  
 Talentorum decem debet millia. Dein  
 Et pro innocentum plurimorum sanguine, &  
 Quod inter Principes seuit discordias,  
 Talentorum alia item debet millia decem,  
 Summarum summa, triginta tria conficit.

QVINTVS

Talentorum atticorum millia. Ceterum ut  
 Hæc uera cognoscantur, scrutetur uolo &  
 Huius sarcina quam fert, à conscientia  
 Tergo impositam. LY. Consentit & hæc prorsus  
 tuis

Satana ratiõibus. SA. Ecce. CH. Et tu te predicas

Nihil debere: EP. Non consueuimus homines

Pro acceptis aut nostris pro iniquitatibus,

Vnquam tam accurate rationem ponere,

CH. Vt dicis, quare uos absorbent debita.

EP. At quanquam tanta debeo, iste tamen tumor,

Et infula biceps palliumq; & bona opera,

Et cætera in meis allata sarcinis,

Vel promaïoribus facile facient satis.

CH. Quia igitur & tu in hac opinione es, &

Ist hac fretus peruenisti huc fiducia,

Lata prius & te suscipiet sententia.

Quare actutum omnes ad stateram pergite, &

A tergo debitorum auferre sarcinam.

Et in alteram statera ponite lancium,

Tuumq; si uis Satana appone codicem:

SA. Volo uero maxime. Lites huiusmodi

Quantũ ego quidẽ existimo, celerrimẽ et optimẽ

Statera dirimuntur. MIC. Hic sunt debita.

CH. Et illum quantus quantus est, in alteram

## ACTVS

Tum meritis & operibus, & bicipiti infula  
 Cumq; supercilijs arduis & aqualico,  
 Cumq; alijs quas secum apportauit sarcinis  
 Imponite. LY. Vah & hic in nostris plumbeus  
 Est manibus. EP. Nil profecto me imponi esse  
 opus.

Facile uincet merita. SA. At impositus facilis  
 Vinces. Sinite nunc. MIC. Eiusdem prope ponderis  
 deris

Musca esset imposita. EP. Hei mihi quam grauius  
 sunt

Debita, & aduersus ea collatus sum nihil  
 In terris hercle magni habitus sum ponderis.  
 Nunquam hanc speravi fabulae catastrophe.

SA. Id recte tu quidem & mea ex sententia,

LY. Oppido leues iam terra fert Episcopos

CH. Deijcite iam Sat apparet quanti fiet.

Heus tu, iam perspicias quid nam mihi debeat.

Nec sis soluendo, quodq; in te prorsus tuam

Omnem, non in me, statueris fiduciam.

Quid tibi debeo? SA. Quam piscis mutus est  
 magis.

CH. Et hunc Lyochares ad sinistram colloca.

Et alium accerse. LY. Heus tu cucullate, huc ueni.

Operumq; tuorum da rationem iudici,

QVINTVS

FR. Vicit Satanas illorum neutrum credere;

Nec exclusisse peccatorum debita.

Scilicet imperfecti fuerunt, nec opera

Supererogationis habuerunt, quæ ego

Mihi per uiginti annos parauit sedulo.

Ibo igitur, facile ratio constabit mea.

Magno animo iudex iudicium accessi tuum.

SA. Imò etiam magno ventre. FRA. Opera sci-

ens bona,

Quis per multos annos haud segnem operã dedi-

Tibi diu noctuq; studiose seruiens

Ieiunando, orando, & uigilando plurimum;

Insper & ab ouis abstinui atq; carnibus.

Interula quoq; propter te sum usus lancea:

Et sacrosanctum istum gestavi habitum, in meo

Probitatis iusticiæq; testimonium,

Et canabino me succinxi fune, ne

Mihi cum prophanis conueniret quidpiam;

Præterea ex calceis fenestratis pedes

Prospexere, ut censeret mundus integre:

Quid castitatis memorem & obedientiæ,

Paupertatisq; munia perfectissima;

Omnis caute tactum fugi pecuniæ.

Mendicandoq; uictum quæsiui meum. In

Summum ita perfectionis perueni gradum;



ACTVS

SA. Quantopere perfectus sis, hic testabitur  
Codex, inq; tuo pendens tergo sarcina.

FR. Tace calumniator. Quare horum memor  
Iudex, haud istius audies sycophantias,  
Si quid criminis obijcere conabitur.

Quin potius mihi pro tanto in te studio, ut bonis  
Dignaq; des praemia cogitabis. SA. Te hercule  
Virum iudico. CH. Ne tu planè imperitus es  
Tractandarū hic rerū. Quid mihi op̄i tua occinis  
Aut cur praemia pro illis à me audes poscere?  
Qua te fronte mihi seruiuisse praedicas?

FR. Franciscus. CH. Francisco ergo, non in his  
mihi

Seruiuisti. Proinde ito & ab illo tuam  
Poscito mercedem. Mihi pro acceptis iam, adeoq;  
Pro, ex lege aut contra factis rationem expedi.

FR. Atqui ea nulla existimor atione digna, quae  
Francisci non expresse dicit regula.

CH. At ego contra existimo ratione digna, non  
Quae Franciscus aliquis, sed quae iussit Deus.

FR. Istud equidem nostri magistri non docent.  
Si quid tamen ad iussa Dei attinet, & illa me  
Compleisse puto, & supererogasse plurima.  
Vnde mihi merces ex condigno competit,

## QVINTVS.

*Aut si id forte minus, certe tamen ex congruo.*

CH. Video cuius farina sis, & quod tibi  
Tanquam iusto iustorum poscas premia.

Quapropter ut hic tibi error excutiat, ex  
Codice Satana cuncta huius prome debita.

SA. Ausculta tu per diligenter, ut tuæ  
Omnes perfectionis perdifcas gradus.

Primum pro corpore & anima & pro dotibus  
Internis externisq; sexcenta attica

Debet talenta. Porro quod hisce nequiter  
Abusus est, & corpus robustum quidem,

Molliciei & ueternoso ocio dedit,  
Animam autem uarijs imbuit impietatibus,

Duo millia & quadringenta talenta attica  
Debet. Præterea quod pro concionibus

Verbo Dei impie & præfracte resitit,  
Et contumeliose de illo locutus est,

Talentorum nouem debet millia. Dein  
Quod proditione & consilijs uerbi duos

Interfici fecit præcones, quindecim  
Talentorum millia debet. Sed quod fuit

Cynædus, & uerbis factisq; plurimis  
Legem Dei transgressus est, millia decem

Talentorum debet. Sic omnis debiti  
Summarum summa est, atticorum millia

A C T V S

Septem trigintaq; talentorum. Et ne neget  
 Vide Lyochares quis numerus in sarcina  
 Signatus sit. LY. Tuo prorsus conuenit & hic.  
 SA. Ecce attulit hanc perfectionem nescius.  
 CH. Tantum debes. Pro quo tibi poscis præmia?  
 FR. Rogas? Pro enumeratis ante operibus bonis.  
 CH. At ego solutionem iam pro debitis  
 Enumeratis plenā postulo. FR. Nunquā hercule  
 Tot me animaduerti contraxisse debita.  
 Sed inficiari nequeo, ita te testimonijs  
 Oppressus sum uel mille à Conscientia:  
 Vt cunq; tamen habet res, ex his quæ attuli,  
 Hac præsertim sacrosancta ueste, omnia  
 Absolui diluq; possunt, ut dein  
 Et mihi condigna debeantur præmia.  
 SA: Quin in statera expendi iudex præcipis  
 Et debita huius & quæ opponit debitis.  
 CH. Sic fiet omnibus qui mecum litigant:  
 Ut se cognoscant nullius esse ponderis:  
 Proinde actutum uos stateræ debita,  
 Et contra hunc cum suis omnibus imponite.  
 Mic. Huc ergo Lyochares à dorso sarcinam  
 Istius trade. LY. Habes. CH. Iam & hunc cum  
 Cumq; cucullo alijsq; quibus fudit oibus (calceis  
 In alteram ponite. LY. Et hic ponderosus est.  
 SA. Tantū ne superos petat, haud contra debita.

QVINTVS.

MIC. Discedite iã. Pondus haberet maius culex.

Discedet operam dare rebus tam inanibus.

FR. Vah, illius quanta grauitas est sarcina.

Non equam esse hanc staterã oportet, in qua ego

Cum tot bonis operibus tam uideor leuis.

In Papæ iudicio nihil est hac ueste, uel

Grauius uel dignius uel sanctius, & ea

Indutos omnes pro perfectis iudicat.

CH. Deturbatote murmurantem protinus

Et ad sinistram collocate. FR. Prius ego

Ruituram omnem coeli putassem fabricam,

Quam mea opera, et presertim hanc ueste ita nul

Momenti & ponderis fore contra debita. (Ius

SA. Concede huc aio uirorum perfectissime.

Et tecum si placet perpetuo ringere.

CH. Reliquũ accerse Lyochares. LY. Heus Mer

Et tu ad iudicis accede iam subsellis, (cator huc

Et pro uita tua rationes explica

MFR. Desiderate iudex. In terris ego

Verbi tui monitu meis pro debitis

Subduxi rationem, quam credo firmiter

Et hic & perpetuo tibi probarier.

Intelligens enim mea multa debita,

Et ex operibus iustificari neminem,

Inte solum omnem transtuli fiduciam.

Constat enim te ob peccatores missum à patre,

ACTVS

Nimirum ut illorum peccata solueres,  
 Patriq; reconciliarcs in sanguine tuo,  
 Nec ullum ita grande conflauisse debitum,  
 Quod non in te tolli queat fiducia.  
 Hoc missio, officium, mors & sanguis tuus,  
 Victoria, regnumq; tuum atq; resurrectio,  
 Testantur. Insuper Prophetæ & Apostoli  
 In hoc uno ore omnes consentiunt, tuo in  
 Nomine remissionem esse sitam debiti,  
 Nec credentem in te condemnari quempiam.  
 Credo igitur & me te soluisse debita,  
 Tuâq; solius opera esse liberum  
 Ab inferis, peccatis, morte atq; Satana.  
 In cuius rei præclarum testimonium,  
 Nullis stipatus huc perueni sarcinis,  
 Neq; meis neq; alienis fretus operibus,  
 Nec ullius causidici confisus opera.  
 Magni duntaxat faciens misericordiam,  
 Qua me suscepisti & conseruasti prior,  
 Qua & me spero conseruatum iri perpetim.  
 SA. Subdolus hic Iudex est palpator. Te caue  
 Decipiat. Eius iam recitabo debita,  
 Tu quidquid debet, ut dissoluat præcipe.  
 Nec ita phaleratis acquiescas uerbulis.  
 MER. Num tu Satana accusabis electos Dei.  
 Si me accusabis, accusabis iudicem,

QVINTVS:

Qui debita in sese mea cuncta transtulit.

SA: At ego constanter te electum esse pernego.

Qui plurimis seruiers iniquitatibus,  
Pro quibus accusabo te, ut quod meritus feras.

MER: Vtrum sit uerius iudex pronunciet.

CH. Lege decretū Paule. PA. Qui arcus pro de  
Vnius Christi nititur fiducia, (bitis

Quòd scilicet illa suo soluerit sanguine,

Cui diuini uerbi consentit ueritas,

Placuit Christo atq; Apostolico senatui,

Ne debita eius conquirantur, nec aliquis

Vllo pro debito illum accusare audeat.

Qui contra fecerit læsæ habeatur reus

Maiestatis, suæq; ferat audaciæ

Pœnas, quòd aduersus deliquit iudicem.

SA. Si non sophistis extreme malefecero

Regnum ruat meum. Nam illis dum operam dedi,

Ex retibus tum isthic meis elapsus est.

CH. Tu ad dexteram huc consiste. Lyochares iube

Fieri silentium. LY. Silete, attendite.

Summam ut iudex pronunciet sententiam:

CH. Quoniam Mercator hic credidit, & ita fide

Solutionem debitorum nactus est.

Placet mihi atq; Apostolico senatui

Vt iustus, in iustorum transeat locum, &

Patri mihiq; sit cohæres perpetim. K 3

ACTVS

Et quoniam hi tres non credidere, nec fide  
 Sua curarunt ut soluerentur debita,  
 Sed in se et sua confisi, me contumelijs  
 Meosq; infandis affecere iniurijs,  
 Hostesq; se meos probarunt strenue, ut  
 Ita quisq; eorum plus quam unam animam debeat.  
 Placet mihi atq; Apostolico senatui,  
 Ut impij in impiorum transeant locum,  
 Inq; inferorum fundo condignas luant  
 Impietatum suarum poenas perpetim.  
 Donec quadrantem etiam soluerint nouissimum.  
 Dixi. Tu hunc Petre iustorum iunge coetia.  
 Tu (ut scis) Satana, tuos curato molliter.  
 SA. Scilicet omnem in eos euomam aegritudinem hanc  
 Quam mihi sophistarum mala peperit cohort.  
 Venite nunc ut prandeamus, appetit  
 Meridies. FR. Nos ab hac omnes sententia  
 Forma optima modoq; prouocamus ad  
 Patrem caelestem. Quis ferat hanc iniuriam,  
 Probi ut damnentur et seruetur improbus,  
 Qui nullam unquam operibus operam dedit bonis?  
 SA. Oh, non uacat patri uos ut hodie audiat.  
 Quare mecum. Cras si patri uidebitur,  
 Latam contra uos retractet sententiam.

EPILOGVS.

Sic ibunt hi poenas ad perpetuas sedes

Q V I N T V S.

Contra coelestium iungetur caetui:  
Vt utraq; doctrina suos habeat exitus.

C H O R V S.

Papatus pereat dicite supplices,  
Qui Christi cupitis crescere gloriam,  
Nugis quam ille suis destruit impie,  
Praue ut constituat suam.

Papatus pereat dicite supplices,  
Longeuq; senes & iuuenes simul,  
Ne uos ille suis impietatibus,  
Iram ad perpetuam inquinet.

Papatus pereat dicite supplices,  
Quiscunq; est animus uiuere perpetim,  
Ne uos praecipites in barathrum trahat,  
Aut mortis capiat iugo.

Papatus pereat diximus, impij &  
Fundamenta quatit continuo throni  
Coelestis pater, ut praesidio suis  
Se monstraret fore iugiter.

Papatus cecidit, plaudite fortiter,  
Iamq; Euangelij sidere ducimur,  
Non incerta salus pectora gaudio  
In cunctis fouet ubere.

T E L O .

Primum carmen in Prologo sic legat, lector,  
Si noua (quod aiunt) est cantio grauisima.



A 2241230

OCN 1291894173